Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0004-6

1705.

1. Barthius, Gottofredus: De negatione contractuum unilateralium.

2. Ettmullerus, Michael Ernestus: De vigiliis involuntariis

3. Gribner, Joh. Sigismund: De furti apud Lacones licentia

4. Gribnerus, Mich. Henr.: Specimen juris publici, quo jus legitimandi principibus imperii asseritur ac vindicatur.

5. Mencke, Gottfr. Ludovicus: De restitutione in integrum ob metum

6. Menckenius, Ludovicus: Tractationis synopticae processus juris communis et imprimis Saxonici Electoralis. Disputatio V.

7. Pfaffrathus, Christianus Erdmannus: Limites, quibus subditorum erga Imperantes terminatur fides, inquisitio generalis.

1705

8. Wernher, Her. Ludovicus: De tonitru hiemali

1706.

1. Baudisius, Gottfr. Leonhardus: De titulis viri Illustris, spectabilis, clarissimi, magnifici, excellentissimi et amplissimi, olim Aulicis, nunc etiam scholasticis

2. Crellius, Ludov. Christianus: De providentia Dei circa reges constituendos ad Plinii paneg. Trajani cap 1. § 3. 4 et. 5.

3. Crellius, Ludov. Christianus: Judicium Salomonis nostra aetate resuscitatum sive controversia de liberorum proprietate e causis naturalibus et moralibus dijudicanda.

4. Gribnerus, Mich. Henr.: De usufructu legitimae patri non adimendo.

5. Hoecknerus, Joh. Frider: De poena parentum perduellium ad liberos perveniente

1766.

6. Attigius, Ernestus Nicolaus: Exercitatio academica praxin l. 1. 2. 3 Dig. de verb. signif. demonstrans.

7. Krause, Joh. Heinr.: De dubiis vexatis circa ~~Ca~~ Caroli Magni historiam.

8. Menckenius, Luderus: De quantitate dotalitii praecipue in Saxonia.

9. Pfaffenthierus, Christianus Erdmannus: Limitum quibus subditorum erga imperantes terminatur fides, inquisitio specialis

10. Rivinus, Joh. Florens: De libello in actione hypothecaria rite formando.

11. Schacherus, Joh. Christophorus: De restricta testatoris potestate

12. Seligmannus, Gottlob Fridericus: De autoritate librorum symbolicorum non repudianda.

1706

12b Wernerus, Adamus Balthasar: De crimine adulterii non transigibili.

13. Wernerus, Henr. Ludovicus: De jure sibi ipsi nocendi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0008-8

10065

42.

1705, 6

# TRACTATIONIS SYNOPTICÆ PROCESSUS JURIS COMMUNIS ET INPRIMIS SAXONICI ELECTORALIS

*DISPUTATIO QUINTA,*

QVAM

INDULTU

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

*SUB PRÆSIDIO*

DN. D. LÜDERI MENCKENII,

PROF. PUBL. SUPREMÆ CURIÆ PROVINC.

ET FACULT. JURID. LIPS. ASSESSORIS,

*PATRONI ATQVE PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONORIS CULTU ÆTATEM DEVENERANDI,*

IN AUDITORIO JCTORUM

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTET

JOHANNES ALEXANDER CHRIST,

LIPS.

*AD D. XXX. APRIL. A. M DCC V.*

---

*LIPSIÆ.*

Typis IMMANUELIS TITII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0009-8

*B. C. D.*

# ORD. PROC. SAXON. ELECTOR.

## TIT. V.

## *DE LIBELLO.*

## Von der Klage.

I.

POſt excuſſam Citationis materi-
am Libellum ſuſcipimus conſi-
derandum. Libellus autem eſt *Libelli deſcriptio.*
brevis verborum conceptio pe-
titionem Actoris reo declarans.
*a. l. 1. pr. §. 1. ff. d. edend. l. 3. C.*
*eod. l. f. C. d. in jus. voc. c. 1. X. d.*
*libell. oblat.* Atque huic vel co-
hæret petitum pro impetranda citatione, vel peculiari
ſupplicatione comprehenditur, ceu indicatum eſt *Diſp.*
*III. Proc. th. 31.* Proponi verò Libellus ſolet in ſcriptis *c.* *is proponi ſolet regulariter in ſcriptis*
*1. X. d. libell. oblat. Auth. offeratur. C. d. lit. conteſt. j. Ord.*
*Cam. P. 3. t. 12. §. 1.* UMM. *ad Proc. Diſp. 6. n. 39. conf.* GON-
ƷALEZ TELLEZ. *ad c. 1. X. d. Libell. oblat. n. 2.* non tamen *quandoq. oreſentus.*

eundem oretenus communicare prohibitum. *a. l. 1. §. 1. ff. d. edend. l. 6. ff. d. accuſat. O. C. art. 89.* imò in cauſis levioribus *N. 17. c. 3. a. d. l. 6. N. 100. c. 1.* & celeritatem requirentibus. *a. clem. 2. d. V. S. l. 3. C. d. fruct. & lit. exp. l. 15. §. 4. ff. de re jud. Dec. El. 12.* ſine ſcriptis facta intentionis declaratio meritò Jure Communi & hodierno admittitur. BLUM. *Proc. Cam. t. 68. §. 3.* BRUNNEM. *Prov. Civ. c. 5. n. 3.* UMM. *diſp. 6. Proc. n. 45.* CARPZ. *Proc. t. 1. art. 3. n. 31. ſeq.* Ab hac Libelli propoſitione diverſa eſt Libelli in Termino Repetitio, quæ fit aut oretenus, von Mund aus in die Feder. *P. 1. C. El. 1.* aut in ſcriptis, per provocationem ad fol. Actorum libellum complectens. *j.* LHGO. *t. 6. l. 6. ff. d. R. C. l. 77. ff. d. hær. inſtit.* Perilluſtr. DN. BORN. *Univ. Jur. Jud. Diſp. I. th 35. lit. d.* ubi nonnunquam ſingula Libelli verba recenſeri neceſſe eſt, & in negligentem hanc repetendi formam mulcta e. g. 5. th. ſtatuitur, ceu in Supr. Cur. Prov. Lipſ. obtinet. DN. SCHWEND. *ad Fib. Proc. p. 272.* CARPZ. *Dec. 227. n. 11. ſeq.* Interim opus eſt in quavis cauſa vel Libello vel qualicunque imploratione, niſi Judex ex officio procedat. *Clem. 2. d. V. S. a. l. 13. ff. d. Officio Præſ.* LANG. *Iſagog. ad Proc. c. 34. n. 39.* conf. HILLIG. *ad Donell. l. 23. c. 4. p. m. 1055.* atque Offertur Libellus Jure Civili Reo. *Avth. Offeratur. C. d. lit. cont.* Hodierno Judici. fac. *R. J. d. A. 1654. §. 34.* LAUTERB. *ad π. t. d. edend. th. 7.*

Libelli Repetitio *in Termino facienda vel ore*

*vel in ſcriptis*

*quandoque verbotenus.*

*Libellus quatenus ſit neceſſarius.*

*cui offeratur.*

II. *Dividitur Libellus r. Formæ (1) in Continuum ſ. Simplicem, & Articulatum.* Continuus eſt, qui continua oratione proponitur. Atque is, ob prolixitatem & circumſtantias, Punctis diſtingui poteſt. *R. J. d. A. 1654. §. 34. 64.* Articulatus eſt, in quo merita cauſæ per Articulos proponuntur. *Ord. Cam. P. 3. t. 13. §. 3. v.* exemplum

r. formæ Libellus (1) *eſt vel Continuus*

*vel Articulatus.*

plum apud OBRECHT. *de concip. Libell. c. 17.* Hunc etiam ex officio rejici voluit *P. 1. C. El. 2. O. P. S. T. V.* §. 1. CARPZ. *ad d. C. d. 1. & R. J. d. A. 1654. §. 34. 64.* in prima & Appellationis inſtantia, improbavit. BLUM. *Proc. Cam. t. 68. §. 5. ſeq.* BURGOLD. *ad Inſtr. Pac. Part. 3. Diſcurs. 9. §. 6.* adeoque is ne quidem in cauſis mercatoriis ferendus eſt. *a. l. 1. §. 1. ff. d. legat. præſt. l. 8. ff. d. publ. in rem act.* PHILIP. *ad O. P. S. h. t. conſid. 2.* nihilominus eundem in nonnullis Germaniæ locis adhuc tolerari videas, ceu de Pomerania Electorali teſtatur DN. STRYCK. *Uſ. Mod. ff. t. d. Edend. §. 3. j.* BURGOLD. *d. l.* quemadmodum in Saxonia etiam accuſatori, qui, intentione ſua non probata, ad torturam rei perveniri cupit. *a. l. 1. §. 4. ff. quod legat. conſ. Diſp. II. Proc. th. 4.* indicia articulis complecti & Libello ſubjicere permittitur. CARPZ. *P. 1. C. El. 2. d. 3.* BERL. *P. 1. Concl. 12. n. 20.* MOLLER. *ad Part. 1. C. El. 2. n. 7.* atque ſic pron. *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. Dec. A. 1701. (2) *in Ordinarium & Summarium.* Ordinarius ſ. ſolennis ſolenniter in cauſa ordinaria concipitur. *Dec. El. 12.* In eo exigi videas Antwort und richtige Litis Conteſtation. Summarius ſ. minus ſolennis in cauſa ſummaria minus ſolenniter proponitur, & in Summarium in ſpecie atque Executivum abit. Summarius in ſpecie, eine Summariſche Klage, eſt, qui in cauſa ſummaria proponitur & qualemcunque facti narrationem cum congrua petitione continet. *CLEM. ſæpe. d. V. S.* In illo deſiderari ſolet Einlaſſung vel etiam Recognition. Dicitur autem h. l. Cauſa Ordinaria & Summaria, ſive ſit regulariter ſive irregulariter talis, uti declaratum *Diſp. I. Proc. th. 38. ſeq.* Libellus Executivus, eine Summariſche Execution-Klage / eſt, in quo ex In-

*improbatus hic eſt Jur. Sax. El.*

*& Imperii.*

*ampl.*

*ſed in nonnullis Germaniæ locis fertur.*

*& in Sax. Libellis Accuſatori indicia per Articulos ſubjicere licet.*

*(2) eſt vel Ordinarius.*

*vel Summarius, hic vel in ſpecie talis*

*vel Executivus.*

ſtrumento liquido ſive Gvarentigiato, fundamentum intentionis in continenti probante, ad executionem ſubitò faciendam tenditur. Landes-Ordn. *d. A. 1555. t.* Verſatzte Brieff und Siegel. *C. S. p. 39. Res. Gr. d. A. 1653. 57. Gr. 2. C. S. p. 1027. Dec. El. 12.* Chur-Fürſtl. Sächſ. erneuertes und erweitertes Leipzigſche Marckt *Reſcript. d. d. 21. Jul. 1660. C. S. p. 1103. conf. R. J. d. A. 1600. §. 31. 32. Diſp. noſtra Proc. I. th. 55. 58.* Formula Libell. Execut. deprehenditur ap. FIBIG. *cum Not.* DN. SCHWENDEND. *p. 1135.* varias Libell. Formul. recenſet MARTIN. *ad O. P. S. h. t. §. 4. n. 50. p. 319. ſeq.* Præterea *ratione Objecti Libellus eſt* (1) *vel Conventionalis*, qui Conventionem die Klage h. T. 5. *vel Reconventionalis*, qui Reconventionem, die Wieder-Klage/ complectitur. *O. P. S. T. 6. j. c. 1. X. d. mut. pet. l. 14. C. d. ſent. & interloc.* (2) vel Civilis, & in cauſa Civili, vel Criminalis, qui in cauſa criminali uſurpatur. *l. 9. §. 5. ff. d. publ. & vect. l. f. ff. d. privat. del. l. 2. ff. d. publ. jud. l. 3. ff. d. accuſat. O. C. art. 89.* Quomodo Civiles & Criminales cauſæ diſcernantur Jure Communi & Saxonico, monitum eſt, *Diſp. II. Proc. th. 1. 2. Intuitu Judicis Libellus eſt vel Inſtantiæ Primæ*, qui in Prima Inſtantia, *vel Appellationis*, qui in ulteriore Inſtantia adhibetur. *R. J. d. A. 1654. §. 64.* Apud nos poſterior non tam Libellus Appellatorius, quam Schedula Appellationis, der Appellation-Zettel/ nominari conſvevit.

[Margin: rat. Objecti Libellus eſt (1) *vel Convent.* *vel Reconvent.* (2) *vel Civilis vel Criminalis* — r. Judic. Libell. *eſt vel Inſtantiæ Primæ vel Appellationis* — *apud nos dicitur Schedula Appellationis.*]

III. Cùm verò Libellum brevem, nervoſum & concludentem proponi jubeat *O. P. S. T. IV.* §. die Klag-*Libell. I.* ejusdem requiſita h. l. commemoranda erunt. Hæc complecti vulgò ſolent diſtycho

*Quis, quid, coram quo, quo Jure petatur & à quo*
*Recte compoſitus quisque Libellus habet.*

Nam

Nam *conſtare Libellus debet* (1) *Exordio* (2) *Propoſitione* (3) *Petitione*. I. *Exordium* complectitur *Nomen* Judicis, Actoris & Rei. *Judicis*, quò, utrum competens ſit nec ne, intelligi queat. *l.5. ff. d. jud. j. l. 80. ff. eod. l. f. C. ſi à non comp. jud.* ubi nomen officii plerumque exprimitur. Umm. *ad Proc. Diſp. 6. n. 51.* Nicol. *Proc. c. 9. n. 31.* *Actoris* vero & *Rei Nomen* ac Cognomen haud prætermitti par eſt. *a. c. 24. X. d. elect. j. l. 13. l. 62. ff. d. jud.* ut cognoſcat adverſarius, cum quo contendendum ſit, quamvis Libellus hac in parte per ſubſcriptionem quoque Actoris, ſuo nomine, vel in rem ſuam. e. g. ex jure ceſſo, agentis, declaretur. Nicol. *d. l. n. 33.* in Univerſitatibus generale Nomen. *a. l. 97. ff. d. cond. & dem.* in Conſortibus eorum nominatio in Exordio vel in reliquo libello illive annexo Supplicato, vel ſimili modo, facta ſufficit. *a. l. 3. §. 2. ff. d. appellat. l. 6. ff. d. R. C. l. 47. ff. d. Re jud. j. l. 1. ff. d. edend.* Lang. *Iſagog. ad Proc. c. 34. n. 51. j.* Blum. *Proc. Cam. t. 68. n. 31. Diſp. III. Proc. th. 31. & D. IV. th. 6.* nec quicquam intereſt, ſive Libellus in Prima ſive in tertia perſona e. g. erſcheinet, concipiatur. *fac. l. 3. ff. teſtam. quemad. aper. j. l. 3. ff. d. accuſat.* obſervantia teſte, imo etiam imperſonalem expreſſionem: veluti à T. contra S. agitur &c. non vitiare libellum. *a. l. 6. ff. d. R. C. l. 1. §. 2. ff. d. V. O.* defendi poteſt cum Umm. *c. l. n. 57.* Nicol. *Proc. c. 9. n. 33.* Obrecht. *de concip. lib. c. 11. n. 15.*

> Partes Libelli *ſunt*
> I. Exordium *complectens Nomen Judicis*,
> *Actoris & Rei*
> *ſufficit expreſſio Actoris in perſona tertia.*
> *etiam imperſonalis, libellum haud vitiat.*

IV. *II. Propoſitio* Libelli continet (1) *Jus*, quod, cum vulgare eſt, omitti, (ubi forma Enthymematis emergit) vel paucisſimis commemorari poteſt, tanquam Judici perſpectum. *a. l. un. C. ut quæ deſunt adv. part. jud. ſuppl. l. 2. ff. d. jur. & facti ignor.* at, plenius illud recenſeri expedit, quoties vel controverſum eſt. *a. l. 14. C. d.*

> (II.) Propoſitio *continet* 1) *Jus, vulgare omitti poteſt.*
> *dubium & ſingulare prodeſt exprimi*

*præd.*

*præd. & al. reb. min.* Obrecht. *de formand. libell. c. 15. n.* 4. vel Particulare, ſive conſvetudinarium ſive ſtatutarium. *a. c. 1. d. conſtit. in 6. j. l. 1 ff. ut in poſſeſſ. legat. nom.* cum inde Judex & reus circa fundamentum Actionis ex Jure petitum informetur. Gail. *l. 1. Obſ. 61. n. 2.*

*2) Facti narrationem.*

Blum. *Proc. Cam. t. 68. n. 37.* (2) *Facti relationem*, quæ brevis *O.P.S.T.IV.* §. 1. *verb.* mit kurtzer Erzehlung der Geſchichte/ & perſpicua eſſe debet. In Praxi jus facti narrationi interdum præmittitur, interdum poſtponitur,

*Nomen Actionis præciſe non recenſendum.*

abſque libelli vitio. Blum. *Proc. Cam. t. 68.* §. *36.* Nomen Actionis præciſe indicari neceſſe non eſt. *a. c. 6. X. de judic. j. l. 6. ff. d. reb. cred. l. 3. C. d. edend. l. 14.* §. *2. ff. d. except. rei jud.* Carpz. *P. 1. C. El. 2. d. 13.* Jason. *ad l. 3. C. de edend. n. 1. 2.* Laut. *ad π. t. d. edend. th. 11. conf.* Gonzalez Tellez *ad c. 6. X. d. judic. n. 3. ſeq.* Gilken. *ad l. 3. C. d. edend. n. 92.. Diſſ.* Wissenb. *ad π. t. d. edend. th. 17.* illiusque inepta expreſſio libellum non vitiat. *a. l. 61. l. 66. ff. d. judic.* Carpz. *P. 1. C. El.*

*ſed in Actione reali cauſam proximam.*

*2. d. 14.* Dn. Schwendend. *ad Fib. Proc. p. 277.* attamen in Actione reali cauſam proximam, veluti dominium, haud

*quandoque remotam ſignificari expedit.*

prætermitti fas eſt. *L. 14.* §. *2. l. 27. ff. d. except. rei jud.* cauſa remota v. g. traditio ex emto, quandoque ſalutariter additur, ne petenti, ex titulo donationis, eandem rem obſtet

*aliquando non.*

exceptio rei judicatæ. *l. 11.* §. *2. ff. eod.* quandoque utiliter omittitur, ut obtinere Actor ex titulo ſuperveniente poſſit, cum, ſi certum expreſſerit, ex eo, tempore cœptæ litis quæſito, egiſſe cenſeatur. *c. 3. d. re jud. in 6.* Brunn. *Proc. Civ. c. 5. n. 6.* Umm. *Proc. Diſp. 6. n. 53.* Obrecht. *d. concip. lib. c. 11. n. 70. 71.* in quam Sententiam pron. *F. J. L. Menſ. Jul. 1704.* quoties autem cauſa remota non eſt nominata, omnes cauſæ, ex quibus acquiri poteſt dominium, in judicium deductæ cenſentur. *d. l. 14.* §. *2.* Brunnem. *Proc. Civ.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0016-3

*c. 5. n. 6.* In Actione perſonali præter cauſam proximam e. g. ad 100. ſolvendos obligationem, etiam cauſa remota, v. g. ex locato, ſignificanda eſt. *d. l. 14. §. 2. j. l. 159. ff. d. R. J.* ad evitandam incertitudinem præparationi ad litem obfuturam, aliàs reus reſpondere non compelletur. *c. f. X. d. libell. oblat.* Gail. *l. 1. Obſ. 61. num. 3. ſeq.* ceu pron. *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. Febr. A. 1702. donec iſte defectus ſuppleatur. *d. c. 3. j. c. 2. X. eod.* Umm. *ad Proc. Diſp. 6. n. 53.* Pariter in utili Confeſſoria Actione, cum Actor privatus factum cauponandi in pago illicitum, at non ſuum jus prohibendi, allegaſſet, rejectus eſt ille libellus. *a. l. 49. ff. d. R. J.* in *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. Jan. 1700. cum ne quidem denen Erb-Schencken apud nos jus prohibendi datum ſit. *a. Ord. Pol. El. d. A. 1661. t. 12. §. f. j. N. 18. c. 5.* ſicuti reſp. *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. April. 1701. it. M. Jan. huj. Anni. conſ. Dn. Riv. *ad h. t. enunc. 26.* licet Fiſcali adverſus cauponam noviter erigentem competat agendi licentia. Landes-Ordn. *d. A. 1555. t.* Brauen/Schencken/§. Da ſich aber. *C. S. p. 54.* ceu pron. *F. J. L.* Menſ. Maj. A. 1702.

*in Actione perſonali præter proximam remota indicanda.*

*In confeſſoria utili, ex jure prohibendi, hoc exprimendum eſt.*

*quod exercere nequit* ein Erb-Schencke.

*Fiſcalis tamen.*

V. (III) Petitio certa, inſtar Concluſionis ex Jure & facto fluens, addenda eſt Libello. *O. P. S. T. IV. §. I. verb.* ſchließlich. ut appareat, in quid & quantum, pro natura negotii, reus condemnandus ſit. *a. l. 75. ff. d. V. O. l. 4. §. 8. ff. d. damn. inf.* Christ. *V. 4. Dec. 92. n. 6.* Hart. Pist. *Obſ. 71. n. 5. ſeq.* fruſtra igitur ex Dec. El. 65. venditor ejusque ſucceſſor adverſus tertium poſſeſſorem agit ad tributa, quæ ſolvit, prædio cum immunitate vendito, pro rata ſibi reſtituenda judicio *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. Aug. An. 1700. conf. Philip. *ad d. Dec. Obſ. 1. n. 18. ſeq.* Plerumque hoc petitum antecedere ſolet deſi- de-

*(III)* Petitio *certa & concludens inſerenda Libello.*

*quam præcedere ſolet petitum reſponſionis ad Libellum.*

*At hoc neceſſitatis non eſt.*

derium reſponſionis, fodert dannenhero von Beklagten Einlaſſung/ Antwort/ ꝛc. ſed illud ſimplicis neceſſitatis non eſt, cum in termino, tempore repetiti Libelli, iſtud poſtulatum addi ſufficiat. conf. Dn. STRYCK. *Introd. ad Prax. c. 7. §. 3.*

Incerta & generalis petitio fertur (1) *in Jud. Accuſat.*

Petitum autem Libelli generale (1) in Proceſſu Accuſatorio fertur. *O. C. a. 89. l. 3. ff. d. accuſat. l. 15. ff. ad municipal.* ut traditum *Diſp. II. Proc. th. 3.*

*(2) in Actione generali aut univerſali.*

atque (2) in actione generali, e. g. tutelæ, pro ſocio, negotiorum geſtorum. *l. 38. ff. pro ſoc.* vel univerſali, ut fam. herciſc. judicio, hæreditatis petitione. *l. 3. l. 4. C. d. ſent. quæ ſine cert. quant. l. 18. §. f. ff. d. hæred. petit.* v. g. Bittet Kläger zu erkennen/ daß Beklagter ihm die libellirte Erbſchafft / vermittelſt eines richtigen Inventarii oder eydlichen Specification, auszuantworten ſchuldig. BRUNNEM. *Proc. Civ. c. 5. num. 7.* CHRIST. *V. 4. dec. 92. n. 5. ſeq.* aut exactione legitimæ. *l. 32. Leg. 36. C. d. inoffic. teſtam.* ANT. FABER. *in C. l. 3. t. 19. d. 3.* CARPZ. *Dec. 266. n. 6. ſeq.*

*(3) in ſingulari Judicio, veluti incertæ partis vindicatione.*

nec non (3) quoties ex juſta cauſa in ſingulari judicio, v. g. rei vindicatione, determinari nequit quantitas. *l. 76. §. 1. ff. d. R. V.* itaque hæredi, in legitima læſo, ex corpore alii legato incertæ partis vindicatio permiſſa eſt in *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. April. A. 1704.

*(4) in poſtulatione damni præſtationis aut intereſſe.*

item (4) cum damni vel intereſſe præſtatio poſtulatur in libello, neque certa quantitas deſignatur; ſiquidem eam ex poſtfacto liquidam reddi ſufficit. *§. 32. J. d. action. l. 13. §. 1. ff. d. re jud. l. 75. §. 2. 7. ff. d. V. O. l. 68 ff. d. R. V.* MEV. *P. 5. dec. 40.* UMM. *Proc. Diſp. 6. n. 72.* GAIL. *l. 1. Obſ. 68. n. 6. 7.*

Libellus alternativus regulariter improbatur.

VI. Præterea incertum eſt petitum alternativum; unde libellus alternativus regulariter rejicitur. *a. l. 7. §. 4. ff. d. injur. l. 75. §. 4. ff. d. V. O. c. 25. d. elect. in 6.* FELIN. *ad*

*c. 5.*

*c. 5. X. d. probat. n. 2.* Dn. Riv. *ad O. P. S. h. t. enunc. 30.* ſed exceptioni locus eſt (1) in obligatione alternativa, virtute legis vel conventionis introducta, in qua reo debetur electio. *l. 1. ff. ſi quadrup. paup. fec. l. 2. C. d. reſcind. vend. j. c. 3. X. d. emt. vend. l. 10. §. f. ff. d. jur. dot. §. 34. J. d. Action. l. 75. §. 8. ff. d. V. O.* Carpz. *P. 1. C. El. 2. d. 7. 8.* Mynsing. *cent. 2. obſ. 42. n. 4.* (2) ob probabilem Actoris incertitudinem, veluti, ex facto rei, tertii caſuve dependentem, cum petitur res, vel ejus, ſi perierit, æſtimatio. *a. l. 1. §. 4. ff. quod legatorum.* Umm. *Proc. Diſp. 6. n. 71.* negotium declarari nullum vel reſcindi. *c. 8. X. d. integr. reſtit.* Berl. *P. 1. Concl. 12. n. 26. ſeq.* Brunnem. *Proc. Civ. c. 5. n. 11.* Myns. *d. l. n. 7. j. Diſp. II. Proc. th. 35.* in accuſatione reum vel condemnari vel ob indicia torqueri. *a. l. f. C. d. probat. l. 8. §. 1. C. d. quæſtion. O. C. a. 47.* Carpz. *P. 1. C. El. 2. d. 9. j. Diſp. II. Proc. th. 4.* in repetitione mutui à civitate accepti, cum non executive, quia adminiſtratores non ſunt nominati in inſtrumento. *l. 21. C. d. prob.* ſed, e. g. ordinariè, agitur adverſus Civitatem & adminiſtratorem, ut civitas probata verſione in rem illius, at, eadem non probata, adminiſtrator condemnetur. *fac. l. 27. ff. d. reb. cred. Auth. Hoc ita. C. d. duob. reis.* Carpz. *l. 2. Reſp. 109. n. 4. ſeq.* Hart. Pist. *l. 1. q. 47. n. 44. ſeq.* conf. Lauterb. *ad L. 27. ff. d. Reb. cred. c. 5. §. 14.* Diſſ. Alciat. *ad l. 27. ff. d. Reb. cred. n. 30.* (3) in Actione Hypothecaria cum actione perſonali. v. g. ex mutuo, contra debitorem ejusve hæredes, cumulata ad debitum ſolvendum vel poſſeſſionem hypothecæ actori, donec ex ea ſatisfactum fuerit, tradendam. *l. 1. l. f. C. ſi un. ex plur. hæred. Nov. 4. c. 2.* Dn. Riv. *ad O. P. S. h. t. Enunc. 35.* Carpz. *l. 2. Reſp. 53. n. 36. ſeq.* tertius autem poſſeſſor, quamvis ſua ſolutione pignus liberare

*exc. 1) in obligatione alternativa.*

*2) ob incertitudinem Actoris probabilem.*

*3) in Actione Hypothecaria contra debitorem ejusve hæredes.*

*non adverſus tertios poſſeſſores.*

 queat.

queat. *a. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. j. l. 23. d. ſolut.* actione hypothecaria, tanquam mere reali, alternative conveniri nequit; libellus talis potius, tanquam ineptus, rejici poteſt. *a. l. 17. ff. d. pignor. l. 66. ff. d. evict. j. l. 25. ff. d. O. & A.* conſ. BACCHOV. *ad Treutl. V. 1. Diſp. 4. th. 11. lit. b.* MEV. *P. 5. Dec. 319.* HAHN. *ad Weſenb. t. de edend. n. 4. verb. aut alternativum.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 273.* in quam ſententiam *Fac. Jur. Lipſ.* pron. Menſ. Mart. A. 1703. *Senat. Appellat. Term. Æſtivo A. 1695. Scab. Lipſ.* M. Maj. 1700. teſte Dn. Rivin. *ad h. t. enunc. 33.* ita quoque reſp. *F. J. L.* Menſ. Jan. 1704. & ſæpius. Diſſ. OBRECHT. *d. concip. libell. c. 17. n. 45.* GAIL. *l. 1. Obſ. 62. n. 8.* Cæterum libellus etiam alternativus, intuitu petendi cauſæ, quandoque admittitur; veluti cum prædium petitur ex dominio vel quaſi. *c. 3. d. ſent. & re jud. in 6.* SCHILT. *ad ϖ. Ex. 6. th. 66. j. Diſp. II. Proc. th. 35.* aut cauſa eſt mercatoria. *a. l. 29. §. 4. ff. mand.* ubi, unum actionis fundamentum ſi fuerit allegatum, ex alio recte deducto impetrari poteſt condemnatio ſecundum CARPZ. *P. 1. C. El. 2. d. 10.* HART. PIST. *Obſ. 180. n. 23.* conſ. LAUTERB. *diſſert. de Jur. in Cur. Merc. uſitat. th. 287.*

Alternativum etiam dicunt libellum ratione petendi cauſæ ut puta 1. *ſi res petatur ex dominio vel quaſi.* 2. *ſi cauſa ſit mercatoria.*

Inutilis & non concludens Libellus ex officio rejiciendus eſt.

VII. Quia verò *inutilem & non concludentem Libellum, etiam adverſario nihil monente, ex officio rejici jubet O. P. S. T. V. §. I. in f.* talem eſſe exiſtimamus eum, qui formali defectu laborat, adeoque nullitati Proceſſus anſam dat. *c. 15. X. d. jud. P. 1. C. El. 2. a. l. 6. §. f. ff. d. neg. geſt.* MEV. *P. 1. Dec. 42. n. 3.* e. g. ſi id, quod poſtulatur, tam obſcure ſit expreſſum, ut deſuper pronunciari nequeat, ceu contigiſſe recordor in *Supr. Cur. Prov. Lipſ.* Term. Luc. A. 1697. in C. D. R. Z. M. :/: E. V. v. B. und Conſ. cum Actor ſortem & uſuras petiiſſet, neque quantitatem ullam indicaſſet; unde rei meruerunt abſolutionem verbis: Daß

Mit-

Mitbeklagte pro confeſſis & convictis zu achten/ſie werden aber nichts deſto weniger nebenſt Bekl. von der Klage / immaſſen ſie anbracht/entbunden/geſtalt wir ſie hiermit davon entbinden und loßzehlen. V.R.W. ex quo liquet, multò magis reo reſpondendi neceſſitatem injungendam haud fuiſſe libelli ineptitudine ab initio deprehenſa, per Sententiam: Daß Bekl. auff die Klage/ inmaſſen ſie anbracht/ ſich einzulaſſen nicht ſchuldig/ cui ſolet jungi condemnatio actoris in expenſas. *a. l. 13. §. 6. C. d. judic.* Carpz. *P. 1. C. El. 2. d. 12.* imò etiam ex officio Menſ. Jan. A. 1698. in *S. C. P. L.* rejectum eſſe Libellum, vi concludendi deſtitutum, memini. Pariter, interdicto uti poſſidetis cum rei vindicatione ſimpliciter cumulato, libellus, ob incompatibiles actiones in eodem ſimul propoſitas, corruit. *l. 13. C. d. R. V. j. §. 2. J. d. Action.* cùm Actor ſe poſſidere & non poſſidere contendat. Carpz. *P. 2. C. El. 7. d. 10.* Hart. Piſt. *l. 4. q. 18. n. 4. ſeq.* quod ſecus eſt, ſi in Actione injuriarum famoſa expreſſus eſt annus & menſis, omiſſus vero ſaltem dies, quem determinari reus deſiderat; ut delato juramento ſuæ conſcientiæ conſulat & præſcriptionis exceptione ſe felicius tueatur. *fac. l. 3. ff. d. accuſat. j. l. 9. ff. de manum. vind. l. 5. ff. d. pœn. l. 7. ff. d. injur. l. 1. ff. de bis qui not. inf.* ſicuti in *S. C. P. L.* Term. Rem. nec non Trinit. A. 1698. & in *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. April. A. 1701. judicatum forique obſervantia apud nos receptum eſt. Conſ. Carpz. *l. 2. Reſp. 56. n. 17. ſeq.* Umm. *ad Proc. Diſp. 6. n. 53.* Gail. *L. 1. Obſ. 64. n. 1. & 11.* conſ. Matth. d. Afflictis *Dec. 250. n. 1. 2.* Carpz. *Pr. Crim. qu. 95. n. 36. ſeq. j. Diſp. II. Proc. th. 3.* quodſi vero Actor diem ſe ignorare aſſerat, urgentibus circumſtantiis, juramento purgatorio ſuſpiciones ſcientiæ amoliri, atque tum reus ad libellum reſpondere, jubebitur. *a. c. f. §. f. X. d. jurejur. j. l. 21. ff. d. probat.*

*adeoque reus ad eum non cogitur reſpondere*

*In actione injuriarum famoſa inutilis non eſt libellus commemoratione diei deſtitutus.*

*deſiderante reo autem ex juſta cauſa apud nos eum exprimi receptum.*

*aliquando Actor jur. purg. ſuam ignorantiam diei corroborare tenetur.*

 ceu

ceu in *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. Oct. A. 1664. pronunciatum eſſe refert LANG. *Iſagog. ad Proc. c. 34. num. 72.* Conſ. JUL. CLAR. *Sent. l. 5. §. f. q. 12. n. 13. in f.* quoties autem notoria non eſt ineptitudo libelli, quia ex inſpectione non liquet, qui vitium illius allegat, id deducere tenetur. *a. l. 1. ff. d. except. c. f. X. d. libell. oblat.* MEV. *Part. 5. Dec. 196. n. 4.* CARPZ. *P. 1. C. El. 2. d. 11. n. 6.*

Clauſulæ Libello adjectæ *quid operentur in genere?*

*in ſpecie ſpectare licebit.*

*Formul.* Initio Libell. *acced. inutiliter. utiliter, de colorando ſaltem possessorio*

VIII. Quoniam ineptitudo Libelli, ex obſcuritate, contrarietate, cumulatione remediorum inutili ſimilive cauſa deſcendens, omni evitanda eſt ſtudio, *pro Libello conſervando, eidem Clauſulæ conſvetæ ſolent adjici; ſed iſtæ amplius, quam virtutes jure ipſis indultæ & narrata patiuntur, non operantur. O. P. S. T. V. §. Nachdem. II.* Itaque cum libello haud raró certæ accedant Formulæ, paucis nonnullas expendi conveniet. Poſt Exordium *Proteſtatio (1) ſuperfluam probationem excludens inanis eſt,* cum Judex neceſſariam tantum probationem exigat. *l. 3. §. 2. ff. d. teſtib. c. 2. X. d. probat. l. 21. C. eod. l. 5. C. d. liberal. cauſ.* BALD. *ad d. l. 5.* Diſſ. LANG. *Iſag. ad Proc. c. 34. n. 190. ſeq.* (2) *Convitiandi intentionem removens facto contraria* caret effectu. *a. c. 1. X. d. præſumt. c. 54. X. d. appellat. l. 21. ff. d. acqv. vel omitt. hær. j. l. 5. C. d. injur.* (3) *qualemcunque Summariam Petitionem indicans,* cauſæ indolem haud immutat. *a. Clem. 2. d. V. S.* Conſ. Dn. RIV. *ad O. P. S. h. T. E-nunc. 43.* CARPZ. *P. 1. C. El. 2. d. 18.* (4) *Beneficium juris reſervans* inutilis eſt, deficiente jura ſua jactandi præſumtione. *l. 25. ff. d. probat.* OBRECHT. *de concip. libell. c. 16. n. 2. 7. 32.* UMM. *ad Proc. Diſp. 6. n. 55.* BRUNN. *Proc. Civ. c. 5. num. 15.* ſed quoties Actor, in Poſſeſſorio jura Petitorii adducens, declarat, quod ſaltem ad colorem poſſeſſioni conciliandum id faciat, & hoc ipſo ſe petito-

torio immiſcere nolit, Judicis facultas judicandi ad poſſeſſorium reſtringitur. *a. c. 3. X. d. cauſ. poſſ. & prop. l. 18. ff. comm. div. Dec. El. 13.* Phil. *ad d. Dec. Obſ. 1.* Dn. Carpz. *Diſſert. de Clauſ. Libelli Act. adjic. ſol. c. 2. §. 31. ſeq.* conf. Hartm. Pist. *l. 1. q. 45. n. 4. j. Diſp. noſtra Proc. II. th. 33.* Facti narrationem excipit nonnunquam additamentum 1) de reo ſolutionis aut reſtitutionis gratia, ſæpius at fruſtra, interpellato. *a. l. 13. ff. d. S. U. P. l. 38. ff. min.* quod parum, niſi forte ad moram indicandam, quando ea ſine interpellatione haud contrahitur, proderit. *a. l. 32. ff. d. uſur.* nec non ad exigendam, quæ propter interpellationem extrajudicialem neglectam promiſſa eſt, pœnam. *a. l. 14. C. d. pact. l. 135. § 2. ff. d. V. O.* Quando enim reus bonam fidem ſtatim agnoſcit, antea non conſtitutus in mora, expenſis in libellum, citationem &c. factis jure ſe ſubducet. *a. l. 23. l. 127. ff. d. V. O.* Umm. *ad Proc. Diſp. 6. n. 58.* Dn. Stryck. *d. Jur. Libell. c. 9. n. 12. ſeq.* Lang. *Iſagog ad Proc. c. 34. n. 210. ſeq.* conf. Cujac. *l. 16. obſ. 7.* 2) Salvo errore calculi vel ſuperflui. Hæc adjectio, ab errante facta, non eſt neceſſaria. *a. l. un. C. d. err. calc. l. 15. ff. d. juriſd.* a ſciente vero ipſi non prodeſt, facto contraria. *c. 54. x. d. appell. vid. l. f. C. d. plus pet.* Mev. *P. 6. d. 323. n. 2.* Coler. *Dec. 265. n. 3.* conf. Umm. *d. l.* Dn. Carpz. *diſſert. de Clauſ. Libell. c. 3. §. 41.*

*Form.* Facti narrat. *adject.*

1) *de facta interpellatione*

*quandoque ſaltem prodeſt.*

2) *Salvo err. calculi vel ſuperflui inutilibus accenſiri poteſt.*

IX. Denique Clauſulas expendamus, quæ Concluſioni ſæpe annectuntur. Ex his ab utilitate commendari meretur ea, 1.) quæ intereſſe præteritum futurumque præſtari cupit. *a. l. 25. §. 8. ff. d. ædil. edict.* i. e. lucrum ceſſans, & damnum emergens. *l. 13. ff. rem ratam hab. l. un. C. d. Sent. quæ pro eo, quod intereſt. j. l. 24. ff. d. R. J.* & latius patet quam poſtulatio ſolius damni, nam hoc quantitatem

*Clauſula* Concluſioni libelli *utiliter accedit.*

1) *de intereſſe item damno præſtando.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0023-1

titatem, qua patrimonium, occaſione litis per temeritatem motæ, diminutum eſt, reſpicit. *l.3. ff. d. damn. inf. §. 1. J. d. pœn. tem. litig. l. f. C. quand. prov. non eſt neceſſe. c. 17. X. d. for. comp. c. f. X. d. Reſcript.* OBRECHT. *de libell. conc. c. 16. n. 28.* LAUTERB. *ad π t. d. edend. th. 17.* DN. CARPZ. *d. Clauſ. libell. c. 4. §. 45. ſeqq.* 2) qua expenſarum, etiam futurarum, reſtitutio deſideratur: licet enim iſtæ non petitæ adjudicari poſſint. *l. 13. §. 6. C. d. judic. l. 15. C. eod.* judex tamen imploratus in illas, urgente temeritate litigantis, condemnare debet. *O. P. S. T. 36. §.* ſo wollen/ & haud imploratus, ſi hoc prætermiſerit, eæ, cum officio Judicis fuerint debitæ, peculiari actione exigi neqveunt. *L. 3. C. d. fruct. & lit. exp. dd. ll. j. l. 4. §. 8. ff. d. damn. inf.* HUBER. *in Prælect. ad π. t. d. re judic. poſit. 36.* UMM. *Proc. Diſp. 6. n. 59.* CARPZ. *P. 1. C. El. 31. d. 19.* ANT. FAB. *in C. l. 7. t. 18. d. 82.* 3) quæ rem cum acceſſionibus ac fructibus, ante litem conteſtatam & poſt eam perceptis, & pro re nata percipiendis, reſtitui vult. *l. 25. §. 8. ff. d. edil. edict. l. 10. ff. d. uſur. l. 62. §. 1. ff. R. V. c. 11. X. de reſtit. ſpoliat. j. l. 3. C. d. cond. ex leg. l. 81. ff. d. V. S.* ita enim Actoris intentio efficaciſſime & evidentiſſime Judici reoque declaratur. OBRECHT. *d. concip. lib. c. 29. num. 19. ſeq.* STRUV. *S. J. C. Ex. 11. th. 25.* HAHN. *ad Weſenb. t. de Rei vind. n. 7.* Dn. STRYCK. *de Jur. Libell. c. 9. n. 20.* conf. GUDELIN. *d. Jur. Nov. l. 4. c. 13. verb. nulla.* imprimis vero ſalutaris eſt penſionum, non tantum præteritarum ſed etiam futurarum, petitio, illarum enim præſtatio futura à jure præſenti dependet. *l. 1. C. d. Sent. quæ ſin. cert. quant.* ne nova ſingulis terminis imploratione ſit opus. SAND. *l. 1. t. 5. d. 3.* ceu ſæpe magna cum utilitate obſervatum recordor. 4) per quam ſuper omnibus & ſingulis de Jure & Juſtitia adminiſtranda nobile

*2) de expenſis refundendis.*

*3) de reſtituenda re cum acceſſionibus & fructibus etiam ante lit. conteſt. perceptis.*

*it. de ſolvendis penſionibus præteritis & futuris.*

*4) imploratio officii Judicis de Jur. & Juſtit. adminiſtr. omni meliore modo.*

bile Judicis officium omni meliore modo imploratur. *a. c. 2. X. d. ord. cogn. l. un. C. ut quæ deſint advoc. part. l. 4. §. 8. ff. d. damn. inf. l. 66. ff. de judic. j. l. 29. §. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. R. J. d. A. 1551. §. 32.* Hæc clauſula in quibusdam locis, vi conſvetudinis aut ſanctionis, peculiarem habet virtutem. Gvid. Papa *Dec. 263.* Blum. *Proc. Cam. t. 68. n. 53. 54. & in Ord. Proc. El. Magd. c. 18. §. 1.* libello inſerenda eſt, ſub pœna 5. th. Judex autem, illa invitatus, quicquid Advocatus circa jus prætermiſit, ſecundum acta & probata, in Sententia ſupplere jubetur. *d. §. 1. Conf. Diſp. Proc. II. th. 37.* Apud nos eadem Clauſula effectum temperatum, & jure alias tributum, habet, neque extenditur amplius, quam narrata patiuntur. *O. P. S. h. T. IV. §.* nach dem *II.* proinde vi ejusdem (1) non petita ſub iis, quæ deſiderata ſunt, pro re nata per conſequentiam comprehendi, adeoque facilius in expenſas nominatim haud poſtulatas, & in actione confeſſoria aut negatoria, ad cautionem de non amplius turbando præſtandam, fieri poſſe condemnationem. *l. 7. l. 12. ff ſi ſerv. vind.* Carpz. *l. 1. Reſp. 70. n. 11. ſeqq.* (2) cum imprudenter cumulatæ ſunt actiones, atque ex una earum cauſa dijudicari poteſt. *a. l. 1. §. 4. ff. quod legat.* in favorem Actoris libellum ſuſtineri monent. *a. l. 66. ff. d. judic. c. 37. d. R. J. 6. j. Dec. El. 13.* Mev. *P. 8. d. 134.* Gail. *L. 1. Obſ. 61. . n. 11.* Lang. *Iſagog. ad Proc. c. 34. n. 236.* interim vitium ſubſtantiale, item contrarietatis, clauſula hæc non purgat. Menoch. *de Præſumt. l. 2. præſ. 41. n. 4.* neque ultra extenditur, quam narrata ferunt. *a. l. 18. ff. comm. div. O. P. S. h. T. §. II.* Siquidem tam aptus eſſe debet libellus hoc modo conſervandus, ut reus deliberare queat, utrum cedere, an contendere malit. *a. l. 1. ff. d. edend.* Carpz. *l. 1. Reſp. 73. n. 22. ſeqq.*

*cujus nonnunquam ſingularis eſt virtus vi conſvetudinis aut ſanctionis.*

*apud nos non extenditur ultra narrata*

*petitorum conſequentia tamen complectitur.*

*& ex imprudenter cumulatis actionibus unam admitti patitur.*

*non tamen vitium libelli ſubſtantiale purgat.*

*5) Jur. Sax. delationem juram. continens pro parte vel in ſolidum.*

ANT. FAB. *in. C. l. 2. t. 37. d. 3.* Denique 5) quia delatio juramenti apud Saxones ante præſtitam Gvarandam & litem pure conteſtatam fieri debet. *P. 1. C. El. 11.* addi Libello hanc juramenti delationem, ſive ea ſuper toto libello, ſive certa ejusdem parte fiat, haud raro expedit, maximè poſteaquam *Res. Gr. d. A. 1653. 57. Juſt. S. gr. 17.* ante citationis expeditionem gvarandam per Actuarios &c. exigi juſſit, idemque *Mand. El. Dipp. d. A. 1691. §. 4.* accurate obſervari juſſit. vid. CARPZ. *Proc. t. 11. art. 1. n. 97. ſeq.* Inutilem eſſe clauſulam Libello additam ſalvo jure corrigendi, addendi, minuendi. *conf. c. 6. X. d. fid. inſtrum.* multis haud perſequemur, nam mutatio libelli non à partis ſed legis aut conſvetudinis auctoritate dependet. *a. l. f. ff. naut. caup. ſtab.* UMM. *ad Proc. Diſp. 6. n. 52.* OBRECHT. *d. concip. libell. c. 16. n. 36.* JASON. *ad l. 3. C. d. edend. n. 41. ſeq.* Præterea additamentum de reo ad ſatisfactionem legitimis modis compellendo. *a. l. 1. C. d. execut. rei jud.* ſuperfluum eſt, ſiquidem reo demum ſententiæ, quæ in rem judicatam tranſiit, ſatis haud faciente implorari judicem executionis nomine convenit. *a. d. l. 1. j. l. 1. §. 4. ff. quand. dies uſusfr.* cui poſtulato nihil obeſt, ſi illud libello inſertum haud fuerit. *d. l. 1.* Dn. CARPZ. *d. Claus. Libell. act. c. 4. §. 43.* UMM. *ad Proc. Diſp. 6. n. 59.* LAUTERB. *ad π. t. d. edend. th. 17. conf.* OBRECHT. *d. conc. libell. c. 16. num. 15. ſeq. Dec. El. 12.*

*Clauſ. ſalvo jure corrig. addendi, minuendi, inutilis eſt.*

*Clauſ. de reo ad ſatisfact. compellendo ſuperflua eſt.*

X. Quoniam in eodem Libello Jure Civili plurium actionum conjunctionem non eſſe probatam regulariter. *l. 6. ff. d. except. rei jud. l. 76. §. 8. ff. d. leg. 1. l. 33. ff. d. leg. 1. l. 84. §. 6. ff. eod.* defenditur. Dn. SWEND. *ad Eckh. t. d. edend. §. 9.* OBRECHT. *d. concip. Libell. c. 23. n. 4. ſeq.* in contrariam ſententiam autem propendent alii. *a. l. 11.*

*ff. d.*

ff. d. juriſd. l. 10. d. act. emt. l. 43. §. 1. ff. d. R. J. l. 56. §. 1. ff. d. furt. l. f. C. d. annal. except. UMM. ad Proc. Diſp. 6. n. 65. CARPZ. P. 1. C. 1. d. 4. BRUNN. ad l. f. C. d. annal. exc. n. 9. Jus Canonicum, ut parceretur ſumtibus, cumulationi actionum quodammodo favere cœpit, &, cumulato poſſeſſorio ac petitorio, una Sententia utrumque Judicium terminari, pro re nata, voluit. c. 36. X. d. teſtib. c. 2. 6. X. d. cauſ. poſſ. & prop. GONZALEZ. TELLEZ. ad d. c. 2. n. 5. conf. CARPZ L. 1. Reſp. 71. n. 25. Dec. El. 13. Diſp. Proc. II. th. 33. unde Fori uſu Actionum plurium, in eodem libello, facta conjunctio ſenſim admiſſa eſt, quæ, cum inſigni anſam dare poſſet confuſioni, *Cumulationem Actionum Ord. Proc. Sax. T. V. §.* Wir laſſen. *III. circumſcribendam eſſe duxit. Actiones enim plures easdem perſonas concernentes uno Libello complecti permiſit, ſi diverſa Actionis puncta ex eadem Actionis cauſa iisdemque concludendi mediis deſcenderent. d. §. III.* conf. CARPZ. P. 1. C. El. 2. d. 6. PHIL. ad O. P. S. t. 5. conſid. 6. nihilominus reos, qui poterant, exceptione inepti libelli oppoſita, impetrare, ut diverſis convenirentur libellis, nonnunquam omittere hanc exceptionem, taciteque in minuendas lites conſentire videas, quo caſu, deficiente confuſionis metu, duos diverſos reos concernentes controverſias eodem judicio peragi deprehendes, quod in marito & uxore conventis in *Fac. noſtra Jur.* obſervatum recordor. *a. l. 29. C. d. pact. j. l. f. C. d. annal. except. c. f. X. d. libell. oblat.* Conſ. DN. RIVIN. *ad h. t. Enunc. 6.* itemque in cauſis connexis. *a. l. 25. §. 4. ff. fam. herciſc.* CARPZ. *l. 2. Reſp. 54.* NICOL. *Proc. Part. 1. c. 11. n. 5.* viciſſim, ne quidem duarum cauſarum conjunctio ferenda eſt, cum altera ordinario altera ſummario aut executivo tractanda eſt Proceſſu, ceu ob-

*Occaſio permiſſæ Cumulationis Actionum in eodem Libello.*

*Regula:* Actiones *Actori adverſus Reum competentes* cumulari *in Libello* queunt, ex eadem actionis cauſa *iisdemque concludendi mediis.*

*etiam diverſi rei, non excipientes de inepta cumulatione, conjungi queunt.*

*it. in cauſa connexa plures reos conjungere licet.*

*Viciſſim inepta eſt action. cumul. cum altera eſt ordin. altera ſumm. vel execut.*

obſervavit *Supr. Cur. Prov. Lipſ.* Term. Rem. A. 1699. Conſ. Dn. RIVIN. *ad O. P. S. h. t. Enunc. 21.* SCHILT. *ad π. Ex. 13. th. 14.* *Secundum Jus etiam Civile cumulari in eodem libello nequeunt Actiones* (1) Præjudiciales, quia ante eas, quibus faciunt præjudicium, decidendæ ſunt. *l. 18. ff. d. except. l. f. C. d. ord. cognit. j. Dec. El. 88.* ANT. FAB. *in C. l. 9. t. 28. d. 1.* MATTH. d. AFFLICT. *dec. 229. j. Diſp. II. Proc. th. 2.* ita pron. *F. J. L.* Menſ. Jun. A. 1700. (2) Contrariæ. *a. l. 13. C. d. rei vind. l. 1. C. d. Condict. furt.* veluti ſi Actor conventionem petat & nullam declarari & reſcindi *ex l. 2. C. d. reſcind. vend.* ceu pron. *F. J. L.* Menſ. Mart. A. 1704. conſ. VANT. *de Null. Sentent. quot & quib. mod. null. n. 14.* UMM. *ad Proc. Diſp. 6. n. 70.* (3) elective tantum concurrentes. *l. 9. §. 1. ff. d. tribut. act. j. l. 76. §. 8. ff. d. leg. 2. l. 57. ff. d. R. J.* UMM. *d. l. n. 67.*

Jure etiam Civili non cumulantur in eodem Libello Actiones (1) *præjudiciales* (2) *contrariæ* (3) *electiſe concurrentes.*

XI. *Quodſi ejusdem libelli puncta ex diverſis agendi cauſis fluant, ad evitandam in Proceſſu confuſionem, non plura quam tria in uno libello admitti jubet O. P. S. T. V. §.* Wir laſſen. *III.* Jure Communi plures Actiones eodem ſcripto comprehendere non prohibitum. *a. l. 25. §. 4. ff. fam. hercîſ. l. 11. ff. d. jurisd. l. f. C. d. annal. except. l. 5. ff. d. probat.* CARPZ. *P. 1. C. El. 2. d. 4.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 283.* conf. BERL. *P. 1. Concl. 12. n. 13. ſeq.* MYNS. *Cent. 1. Obſ. 25.* GAIL. *l. 1. obſ. 63.* ZANGER. *de Except. P. 2. c. 19. n. 1. ſeq.* Sed quia difficultas, ex conjunctione plurium Actionum diverſam cauſam agnoſcentium, metuenda eſt, ſive obligationes ſint ejusdem ſive diverſi generis, etiam mutua plura, non uno loco & tempore data, nec non locationes conductiones, objecto numero & mercede diſtinctas, ineptitudinem parere libelli judicavit *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. Nov. 1701. & Menſ. Jan. 1704. contra, quando

Tria tantum capita ex diverſis cauſis fluentia in eodem libello conjungi queunt.

etiamſi *ſint ejusdem generis & difficultatem pariant.*

do ſententia ſuper ineptitudine libelli, ob hanc cumulationem, ferenda definitive reliqua puncta decidit,& vix numero tria vel pauciora relinquit diſcutienda, ſuſtineri poſſe libellum. *fac. l. 80. ff. d. V. O. l. 61. l. 66. ff. d. judic.* pron. in *Scabin. Lipſienſ.* Menſ. Septembr. 1683. Dn. Rivin. *ad O. P. S. h. t. Enunc.* 14. & in cauſa pauperum. *id. Spec. Exc. c. 23. n. 7. 8.* At *plura tribus capita conjungi poſſunt in eodem libello* 1) *in Proceſſu Liquidationis creditorum concurrentium. O. P. S. T. V. §. III.* Carpz. *P. 1. C. El. 2. d. 5.* Phil. *ad d. T. O. P. S. conſ. 5.* 2) *in Controverſiis de operis ruſticorum. d. §. III.* Berl. *P. 1. concl. 12. n. 11.* ceu fori ſatis oſtendit obſervantia. 3) in cauſis mercatoriis, ſecundum *Ord. Merc. Lipſ. t. 6.* quod generaliter adſtruere non licebit. *a. l. 8. ff. d. publ. in rem act.* Phil. *ad O. P. S. h. t. conſid.* 2.

niſi *forte in reliquis definitive pronuncietur.*

exc. 1. *in Concurſu creditorum*

2. *in operis ruſticorum*

3. *in cauſis mercatorum, juxta* LHGO.

XII. Libellus dicitur mutari, quando actio intentata ratione rei petitæ vel cauſæ petendi immutatur. *l. 3. C. d. edend. l. 18. ff. comm. div.* Emendari, cum, manente eadem actione, eidem aliquid additur vel detrahitur. *a. l. 4. §. f. ff. d. noxal. act.* Nicol. *Proc. Part. 1. c. 12. n. 1. ſeq.* Umm. *ad Proc. diſp. 6. n. 77.* Declarari, quoties ambigua ejus oratio explicatur. *l. 66. ff. d. judic.* Et quidem permiſſa eſt Jure Civili Mutatio Libelli usque ad Sententiam. *l. 3. C. d. edend. §. 36. §. 37. J. d. action. l. 18. §. f. ff. de vi & vi arm. l. 4. §. f. ff. d. noxal. Action. j. l. 23. l. 35. ff. d. judic. c. 3. d. re jud. in 6.* dummodo (1) juſta ſubſit cauſa e. g. error. *d. §. 37.* à Magiſtratu approbata. *d. l. 3.* expenſæ refundantur. *l. 79. ff. d. judic.* & novum detur deliberandi ſpacium. *a. l. 1. ff. d. edend.* conſ. Struv. *S. J. C. Ex. 5. th.* 41. Umm. *ad Proc. Diſp. 6. n. 79.* Obrecht. *de concip. & form. libell. c. 20. n. 39. ſeq.* Ungep. *Ex. Juſt. 15. q. 7.* Scotan. *ad*

*Quando* libellus *dicatur* mutari.

emendari.

declarari.

J. Civ. mutat. lit. *permiſſa usque ad ſententiam.*

w. *Diſp.13. th.26.* conſ. MENOCH. *d. A. J. Q. l. 2. caſ. 176.* Diſſ. HART. PIST. *l. 4. q. 22. n. 4.* CHRIST. *V. 2. Dec. 88. n. 11.* At *Jure Sax. El. mutatio & emendatio Libelli, ante præſtitam Gvarandam & litem pure conteſtatam, fieri debet, ea enim, ſi vel Gvaranda vel dicta litis conteſtatio intervenerit, non amplius permittitur. O. P. S. T. V.* §. Da auch. *IV.* Wb. *a. 114.* LR. *l. 3. art. 14. P. 1. C. El. 11.* ZANG. *d. Except. P. 2. c. 21. n. 64. ſeq.* etiamſi (1) Actor libello adjecerit clauſulam, ſalvo jure corrigendi, addendi, minuendi, nam libelli mutandi facultas à legis arbitrio dependet. *a. l. 1. §. 1. ff. d. fer. l. 34. ff. d. neg. geſt. pr. J. quib. non eſt perm. fac. teſtam.* CARPZ. *P. 1. C. El. 11. d. 4.* BERL. *P. 1. Concl. 28. n. 34.* PAUL. de CASTRO *in l. 34. ff. d. neg. geſt. n. 4.* (2) cauſa ſit ſummaria: nam in ea qualiscunque reſponſio eſt inſtar litis conteſtationis. CARPZ. *P. 1. C. El. 11. d. 5.* BERL. *P. 1. Concl. 28. n. 8.* vel criminalis. *id. d. l. n. 7.* NICOL. *Proc. Part. 1. c. 12. n. 2. p. 205.* (3) Actor omnes expenſas refundere velit. *a. l. 1. §. 1. ff. d. leg. præſt.* CARPZ. *P. 1. C. El. 11. d. 8.* HART. PIST. *l. 4. q. 22. n. 2.* (4) alternativus aut conditionalis ſaltem libellus in purum commutetur. *§. 34. J. d. Action. §. 2. J. d. V. O l. 12. §. 1. ff. d. V. S. l. 213. ff. eod.* CARPZ. *ad d. C. d. 7.* PHILIP. *ad O. P. S. h. t. conſid. 10.* Cum verò in judiciis univerſalibus, e. g. hæreditatis petitione, & generalibus, generalis quoque libellus feratur. *a. l. 38. ff. pro ſoc. l. 1. l. 4. C. d. ſent. quæ ſin. cert. quant.* de quo actum eſt *th. 5.* ſpecificationi rerum ſuſceptæ alias addere, poſt litem quoque conteſtatam aut gvarandam præſtitam, adeoque ſic libelli emendationem facere licebit. BERL. *P. 1. Concl. 28. n. 33.* CARPZ. *P. 1. C. El. 21. d. 13.* ZANG. *d. Except. Part. 2. c. 11. n. 69.* NICOL. *Proc. Part. 1. c. 12. n. 3.*

Jur. Sax. El. mutatio vel emendat. lib. usque ad præſtitam gvar. vel litem pure conteſt. licita eſt.

quamvis 1 *Clauſ. ſalvo jure mutandi adjecta,*

*2. Cauſa ſit ſummaria*

*vel criminalis.*

*3. Actor expenſas reſtituat.*

*4. Alternat. aut condit. libellus in purum ſaltem mutetur.*

*In Judic. tamen univerſ. & general. libell. emend. ferenda.*

Renunciatio litis, etiam poſt Gvar. præſt. & lit. cont. permiſſa

XIII. *Quominus* autem *poſt Gvarandæ præſtationem puramque litis conteſtationem Actor priori actioni renunciet novamque proponat, nihil impedit, dummodo reo expenſas, prævia moderatione Judicis, refundat. O. P. S. T. V. §.* da auch. *IV.* Carpz. *P. 1. C. El. 11. d. 9.* ita enim, per renunciationem, lis cœpta exſtingvitur. *l. 4. C. d. pact.* unde nova ſatisdatione pro reconventione & expenſis ac deliberatione opus erit. *a. l. 45. ff. d. re jud. j. l. 1. ff. d. jur. delib.* ceu pron. *F. J. L.* Menſ. Maj. A. 1700. atque ſic is, qui ordinario uſus eſt Proceſſu, executive litem intendere haud prohibetur. Carpz. *Proc. t. 6. a. 2. n. 57. ſeq.* ſed, ut iſta renunciatio ſuum habeat effectum, requiritur eandem re integra fieri: nam per hanc renunciationem adverſario jus quæſitum extorquere haud permittitur, ſi forte in cauſa priori lata jam ſit ſententia, eaque in rem judicatam tranſierit. *a. l. 36. ff. fam. hercisc. l. 25. ff. d. ſtat. hom. j. l. 62. ff. d. pact.* Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 286.* Dn. Berg. *ad Lauterb. p. 64. ſeq.* Martin. *ad O. P. S. h. t. & §. n. 36.* proinde cum Sententia, qua injuncta erat demonſtratio, vires rei judicatæ nacta fuiſſet, & Actor Ordinarium Proceſſum moveret, atque ſuper actione juramentum deferret, non admiſſus eſt hic libellus in *S. C. P. L. Term. Luc.* 1697. in C. H. M. H. und Conſ. :/: D. W. H. A. E. H. v. S. ir. probatione actori, virtute rei judicatæ, jam incumbente, eodem modo pron. in *F. J. L.* Menſ. Nov. 1700. it. Menſ. Aug. 1702. quamvis aliter quondam in *S. C. P. L. Term. Luc.* A. 1693. judicatum eſſe recorder. Atque hoc multo magis deſerta jam probatione obtinebit. *a. l. 24. ff. quæ in fraud. cred. c. 84. d. R. J. in 6. l. 2. §. 1. ff. d. admin. rer. ad civit. pert.* Dn. Swend. *c. l.* Conſ. Dn. Riv. *ad h. t. E nunc. 50. 51.*

*atque ita lis prior exſtingvitur.*

*dummodo re integra fiat*

Libellum *ant. præſt.* gvar. vel lit. cont. emen-

XIV. *At ſi contingat reum ante Gvarandam præſtitam*

*vel*

dare non licet in termino, niſi cum refuſ. expenſ.

*vel litem pure conteſtatam libellum in termino demum emendare, conveniente illius transmiſſione & rei citatione prætermiſſa, reus ad illum reſpondere haud compellitur, & Actor in Expenſas condemnandus eſt. O.P.S.T.V.§.* da auch *IV.* Carpz. *P.1.Conſt.El.11.d.11.*

quod ſecus eſt *in declaratione*

Sed pro emendatione tali non habetur nuda declaratio. *a. l. 8. §. 4. ff. ſi ſerv. vind. l.66. ff. d. judic. id. d. C. d. 12.*

*correctione levis erroris*

nec levis erroris correctio. *a. l. 11. ff. pro emt. §. 37. J. d. act. j. c. 8. X. d. conſvet.* ceu pron. *S. C. P. L. Term. Luc.* A. 1704,

*ſupplem. diei in act. injur.*

diei, qua illata eſt injuria, adjectio. *j. th. 7.* neque juramenti delatio libelli repetitioni accedens. Dn. Swend. *ad Fib. Proc. pag. 1301. n. 610.* Dn. Rivin. *ad h. t. enunc. 47.*

*quantitatis quadam diminutione.*

& quantitatis in libello expreſſæ diminutio. v. g. cum pro 36. petuntur 30. aur. quippe qui ſub majore ſumma continentur, ne nimis recedatur à Jure Communi. *a. §. 36. J. d. Action. a. l. 27. §. 3. ff. d. recept. qui arb. rec. l. 78. ff. d. legat. 2. l. 15. ff. d. legat. 1.* quemadmodum pron. *in F. J. L.* Menſ. Febr. A. 1700. item Menſ. Sept. A. 1703. Martin. *ad O. P. S. h. t. n. 46.* Ant. Fab. *in C. l. 3. t. 9. d. 1.* conf. Carpz. *P. 1. C. El. 11. d. 6.*

*aut unius puncti ex pluribus prætermiſſione.*

aut ex pluribus libelli punctis unius in repetitione illius prætermiſſio. *a. dd. ll. l. 7. ff. d. except. rei jud.* ceu pron. *S. C. P. L. Term. Rem.* 1705.

# ORD. PROC. SAX. ELECT.

## Tit. VI.

## *DE RECONVENTIONE.*

## Von der Wiederklage.

§. I.

Reconventio *deſcribitur.*

De Conventione hactenus præcipue dictum eſt, convertimur itaque ad Reconventionem, quæ eſt mutua Actio a reo convento coram eodem Judice inſtituta.

*c. 1. X. d. mut. petit. l. 11. §. 1. ff. d. jurisdict. l. 22. ff. d. judic. j. l. 14. C. d. Sent. & interl. & de d. l. 14.* BACCOV. *ad πρῶτα t. d. Juriſd. prorog. n. 14. ſeqq. p. m. 416. ſeqq.* Hæc *dividitur in illam, quæ eſt Juris Communis & Juris Saxonici.* *Reconventio Juris Communis* eſt mutua petitio, quam durante conventione, in cauſis etiam non connexis, reus contra Actorem, coram eodem judicio facit. *d. c. 1. c. 3. d. reſcript. in 6.* eaque in Propriam & Impropriam abit. *Reconventio Propria* ſimultaneo Proceſſu ſuſcipitur, apud eundem judicem, ante vel in continenti poſt litis conteſtationem, in cauſa conventionis, eademque Sententia finitur. *c. 1. X. d. mut. petit. clem. ſæpe. 2. d. V. S. Nov. 96. c. 2. l. 1. §. f. ff. quæ ſent. ſin. appell. reſc. Ord. Cam. P. 1. t. 30.* UMM. *ad Proc. Diſp. 10. n. 19.* GONZALEZ TELLEZ. *ad c. 1. X. d. mut. pet. n. 7.* TRENTACINQV. *l. 2. d. Mut. pet. Reſol. 1. n. 4.* BLUM. *Proc. Cam. t. 40. n. 22. Impropria Reconventio* non ante vel in continenti poſt litis conteſtationem, ſed durante conventione, ſuſcipitur ſeparatoque Proceſſu apud eundem Judicem tractatur & terminatur. *l. 14. C. d. Sent. & interl. c. 3. d. reſcript. in 6. Ord. Cam. P. 1. t. 30.* UMM. GONZ. BLUM. *c. l.* BRUNN. *Proc. Civ. c. 10. n. 11.* TRENTAZINQV. *c. l. n. 5.* Atque hæc, quamdiu res integra eſt, adeoque cauſa nondum concluſa, locum invenit, forum competens producit. *dd. tt.* BLUM. *Proc. Cam. t. 40. n. 23.* ZANG. *d. Except. Part. 2. c. 1. n. 383.* HILLIG. *ad Donell. l. 17. c. 18. lit. t.* nec impeditur diverſitate Proceſſus, quando e. g. conventionis cauſa eſt ſummaria reconventionis ordinaria. BRUNNEM. *Proc. Civ. c. 10. n. 8. Reconventio Juris Saxonici* eſt mutua petitio, quæ coram eodem judice in cauſa connexa, non niſi poſt finitam conventionem, ſuſcipitur. LR. *l. 3. art. 12. 79.* LehnR. *c. 18. P. 1. C. El. 7. O. P. S. T. VI. §. I. III.*

eſt vel Juris Communis

*eaque Propria*

*aut impropria*

*ejus natura*

vel Juris Saxonici.

ZANG. *d. Except. Part. 2. c. 1. n. 385. ſeq.* BERL. *P. 1. Concl. 21. n. 7. & præc.* Formulam Libelli Reconventionis v. ap. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 772.*

*Omnes Rei habent jus reconveniendi*

*non vicissim Actores*

II. Habent autem ſuos Actores reconveniendi jus, omnes Rei facultatem agendi habentes. *a. c. 5. X. d. except. l. 11. §. 1. ff. d. jurisd. c. 1. X. d. mut. pet. j. l. 14. C. d. ſent. & interloc.* at Actoribus reos reconvenientes viciſſim reconvenire haud permittitur, ne anſa detur reconventionis Proceſſui in infinitum. *a. l. f. ff. quod quisque juris in alt. j. l. 14. ff. d. legib.* BARTOL. *ad Avth. & conſequenter. C. d. ſent. & interlocut. n. 8.* UMM. *ad Proc. Diſp. 10. n. 6.* NICOL. *Proc. Part. 1. c. 13. n. 4.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 789. n. 395.*

Reconveniri queunt Actores

etiam (1) *Clerici in cauſa civili.*

Actores vero à Reconventione haud ſunt immunes, licet gaudeant fori privilegio. e. g. legati. *l. 2. §. 5. l. 22. ff. d. judic. l. 10. ff. d. legation.* conf. Dn. RIVIN. *O. P. S. ad h. t. enunc. 14.* unde Clericum coram Judice Laico reconveniri, auctoritate legis, in cauſa non eccleſiaſtica ſed civili, tuetur. *dd. ll. l. 29. C. d. pact. l. 51. C. d. Epiſc. & Cler.* MYNSING. *Cent. 2. Obſ. 67. n. 7.* GAIL. *l. 1. Obſ. 37. n. 6.* MATTH. de AFFLICT. *dec. 193. n. 3.* CUJAC. *ad c. 12. X. d. for. comp. in f.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 78. n. 391.* FELIN. *ad c. 4. X. d. judic. n. 10.* CHRISTIN. *V. 4. Dec. 91. n. 7. ſeq.* LYNCK. *d. Jur. Epiſcop. c. 11. n. 60.* BRUNN. *ad l. 51. C. d. Ep. & Cler. n. 5.* BART. *ad Avth. & conſequenter. C. d. ſent. & interl. n. 19.* negativam propugnante. *a. c. 12. X. d. for. comp.* ANT. FAB. *conject. l. 20. c. 7. n. 10.* HUNN. *ad Avth. Habita. C. ne fil. pro patre. c. 2. q. 3. n. 3. p. m. 112.* in quam Sententiam pron. *Scab. Lipſ.* Menſ. Octob. A. 1700. in C. G. M. Kl. :/: H. G. S. Bekl.

*non tamen Studioſi*

Pariter ſtudioſum coram foro oppidano reconveniri poſſe, defendit RUM. *ad A. B. Part. 2. diſſert. 1. th. 18. in f.* BOCER. *claſſ. 6. Diſp. 21. n. 22.* diſ-

diſſentiente. *a. Avth. Habita. C. ne filius pro patre.* UMM. *ad Proc. Diſp. 10. n. 7.* HUNN. *ad d. Avth. c. 2. q. 3.* RICHT. *ad d. Avth. p. 162.* conf. HILLIG. *ad Donell. l. 17. c. 18. lit. m.* quia Studioſo, ad Academicum forum arctiſſime obſtricto, ea non eſt indulta licentia, actorisque reconventionem molientis intentio juri repugnare exiſtimatur, cum cauſa Studioſi ad alium Judicem trahi prohibeatur. *a. c. 11. X. d. for. comp. d. Avth.* Proinde quoad Clericos reconventioni in dubio locum relinquimus. *a. l. 2. l. 7. §. 1. ff. quod cuj. univerſ.* quoad Studioſos non item, utroque autem caſu ad obſervantiam fori ſedulo reſpici cupimus. *a. l. 24. ff. ad municip.* conf. LYNCK. *ad Decret. l. 2. t. 2. §. 3.* HUBER. *in Prælect. ad π. t. d. judic. poſ. 71.* CARPZ. *l. 2. Reſp. 32. n. 17.* Præterea, ſi fuerint Status Imperii coram Auſtregis conventi, apud eos reconventionem regulariter tueri locum recte adſtruitur. *a. Ord. Cam. Part. 2. t. 4. §.* Dieſelbe. *2.* & *§.* ſo dann. *16.* LIMN. *Jur. Publ. l. 9. c. 5. n. 75.* MYLER. *ad Rum. A. B. Part. 2. Diſſ. 1. th. 6. in addit. p. 267.* BLUM. *Proc. Cam. t. 27. n. 148.* Diſſ. SICHARD. *ad l. 14. C. d. ſent. & interloc. n. 9.* nec aliud defendemus, quando iidem mediate Imperio ſubjectum coram ſuo judice conveniunt, ſiquidem apud eundem in reconventione reſpondebunt, nam hoc caſu ad Jus Civile recurrendum eſt. *a. Ord. Cam. Part. 3. t. 54. j. P. 1. t. 57. l. 14. C. d. ſent. & interl.* UMM. *ad Proc. Diſp. 10. n. 8.*

*(z) Status Imperii coram Auſtregis.*

*item Judicibus mediatis, apud quos agunt.*

III. Obtinet Reconventio toties, quoties prohibita non eſt. *N. 96. c. 2. c. 2. X. d. mut. pet. l. 14. C. d. ſent. & interl. a. l. 2. §. 5. ff. d. judic.* BERL. *P. 1. Concl. 22. n. 16.* & (1) in Actionibus Perſonalibus. *d. l. 14.* ac realibus, licet hæ adverſus poſſeſſores dirigantur. *l. 25. ff. d. O. & A. l. 7. ff. d. publ. & vect.* nam perſonæ intuitu res ſunt obligatæ &

Reconventio locum habet regulariter etiam *1) in actione reali.*

 con-

conveniuntur. §. 5. *J. d. except. l. 10. ff. d. V. S. l. f. C. ubi in rem Act. l. 68. ff. d. R. V.* HILLIG. *ad Donell. l. 17. c. 18. lit. o.* NICOL. *Proc. Part. 1. c. 13. n. 11.* UMM. *Proc. Diſp. 10. num. 14.* Diſſ. ANT. FAB. *conjectur. l. 20. c. 8. n. 1. ſeq.* (2) nihil intereſt, utrum Judex, qui intuitu cauſæ conventionis & reconventionis jurisdictionem habet. *a. c. 40. X. d. off. jud. deleg. l. 5. §. 1. C. d. jurisd. omn. jud.* ſit delegatus. *c. 2. X. d. mut. pet.* ita in commiſſario ad partis inſtantiam dato reſp. *F. J. L.* Menſ. Jun. A. 1700. Dn. SWEND. *ad. Fib. Proc. p. 769 n. 384.* BERL. *P. 1. Concl. 22. n. 38. ſeq.* an ordinarius. *c. 1. 2. X. d. mut. pet. d. l. 14. Nov. 96. c. 2.* BERL. *P. 1. Concl. 22. n. 37.* GAIL. *l. 1. Obſ. 35. n. 12.* Diſſ. BALD. *ad l. 14. C. d. ſent. & interl. n. 9.* itaque ſecularis Judex fruſtra in cauſa matrimoniali & feudalis in non feudali judicare conatur. BRUNN. *Proc. Civ. c. 10. n. 9.* MYNSING. *cent. 4. Obſ. 90.* UMM. *ad Proc. diſp. 10. n. 12.* PHILIP. *ad O. P. S. t. 11. Conſid. 4.* conf. COLER. *dec. 78. n 9. ſeq.* Diſſ. TRENTACINQ. *l. 2. Reſ. 1. de mut. pet. n. 54.* ſed apud Judicem compromiſſarium reconventio inſtitui nequit. *c. 6. X. d. arbit. ibique* GONZALEZ TELLEZ. *n. 6.* CARPZ. *P. 1. C. El. 7. d. 5.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 778. n. 389.* (3) reconventio non tantum una inſtitui poteſt, ſed etiam plures moveri queunt. *a. l. 22. ff. d. judic. l. 37. §. 1. ff. d. Proc.* UMM. *d. l. n. 13.*

*(2) apud Judicem Ordinarium & deleg.*

*3) quando plures moventur reconventiones.*

IV. Interim haud prætereundum eſt, ceſſare Reconventionem propriè ſic dictam 1) in Proceſſu Executivo. *a. l. 11. C. depoſ.* BRUNNEM. *Proc. Civ. c. 10. n. 8.* UMM. *Proc. Diſp. 10. n. 14.* GONZALEZ TELLEZ. *ad c. 4. X. d. ord. cogn. n. 5.* MENOCH. *d. A. J. Q. l. 2. c. 184. n. 6.* niſi reconventio paratam quoque habeat executionem. Per-Illuſtr. Dn. BORN. *ad Univerſ. Jus Judiciar. Comm. & Sax. Diſp. 2. th. 5. lit. f.* at Proceſſus Summarius reconventionem, ejus proce-

Reconventio ceſſat *1) in Cauſa executiva*

*niſi talis ſit quoque reconventio.*

cedendi modo convenientem, admittit. *clem. ſæpe. 2. d. V. S.* 2) in cauſa ſpolii & attentati: ſpolium enim ante omnia reſtituendum. *c. 4. X. d. ord. cognit.* ibique GONZALEZ TELLEZ. *n. 5.* notoriumque attentatum revocandum eſt. *c. 7. d. appellat. in 6. R. J. d. A. 1654. §. 59.* dummodo utraque Actio non ſit ex rei diverſæ ſpolio: tum enim æqualitas favoris pari eam tractari Proceſſu patitur. *c. 2. X. eod. j. l. 8. ff. d. dolo malo.* TRENTACINQ. *l. 2. Reſ. 1. d. mut. pet. n. 20.* BRUNN. *Proc. Civ. c. 10. n. 8.* conf. MEV. *P. 8. d. 323.* 3) in depoſito, quod reus confitetur, ne illius reſtitutio contra fidem datam differatur. *l. 11. C. Depoſiti. l. f. C. d. compenſat.* Dn. SWEND. *ad Eckh. t. Depoſiti. §. 8. verb. propter.* UMM. *Proc. Diſp. 10. n. 14.* 4) in Poſſeſſorio momentaneo. *a. l. f. §. 2. C. d. compenſ. j. l. 11. C. depoſ. l. f. C. qui perſ. leg. ſtand. in jud. l. 1. C. ſi à mom. poſſ. Ord. Cam. P. 2. t. 21. §. 3.* NICOL. *Proc. Part. 1. c. 13. n. 13.* Per-Illuſtr. Dn. BORN. *c. l. lit. f.* 5) in Cauſa præjudiciali. *a. l. 1. §. 1. ff. fam. herc. l. 2. l. f. C. d. ord. cogn.* UMM. *ad Proc. Diſp. 10. n. 14.* In Cauſa Criminali reconventionem ob crimen reo permittit. *a. l. 1. l. 19. C. d. his, qui accuſar. non poſſ.* TRENTACINQ. *L. 2. t. 1. d. mut. pet. n. 42.* ANT. MATTH. *d. Crim. l. 48. t. 13. c. 20. n. 5. ſeq.* denegat. *a. l. 5. ff. de publ. jud.* BRUNN. *Proc. Civ. c. 10. num. 10.* BERL. *P. 1. Concl. 22. n. 26.* conf. FRANZK. *l. 2. Reſ. 16.* UMM. *ad Proc. Diſp. 10. n. 17.* CUJAC. *obſ. l. 20. c. 7.* NICOL. *Proc. Part. 1. c. 13. n. 12.* MOLLER. *ad P. 1. C. El. 7. n. 4.*

*2) ſpolii.*

*3) depoſiti.*

*4) Poſſeſſorio momentaneo.*

*5) in cauſa præjudiciali.*

*An obtineat Reconv. in Crim. remiſſ.*

V. Nunc in ſpecie *Reconventionem Juris Saxonici ſpectemus*, quæ in cauſis connexis, & finita demum conventione, locum habet. *P. 1. C. El. 7. O. P. S. T. VI. §.* wie es *1. Cauſa* autem *connexa dicitur, quando conventio & reconventio à ſe invicem dependent, vel una ex altera origi-*

Cauſa connexa *deſcribitur.*

 *nem*

*nem trahit*, *aut aliàs cohæſionem quandam continet*, *propter quam commode ſeparari nequit. a. l. 17. ff. d. negot. geſt. d.* §. *I. d. C. El.* Huc igitur referendæ ſunt Actiones ex eodem fundamento deſcendentes, ſive ſint Actiones utrinque directæ, ut emti venditi, locati conducti, pro Socio, ſive directæ & contrariæ ex commodato, depoſito, tutela, geſto negotio. CARPZ. *P. 1. C. El. 7. d. 11.* ZANG. *d. Except. Part. 2. c. 1. n. 387.* vel ex mutuis injuriis naſcentes, nec non intuitu debiti executivè petiti adductæ exceptiones ſolutionis, compenſationis ſimilesque, in continenti haud probatæ, quæ propterea in reconventionem rejectæ. *Dec. El. 12.* §. im Fall. *ibique.* PHILIPP. *Obſ. 1. n. 19.* ubi ſoluta, tanquam indebita, repeti queunt. Dn. RIV. *ad h. t. Enunc. 7.*

*in dubio Judicis arbitrio relinquitur.*

Quod ſi de ea connexitate in foro diſceptetur eadem, probe ponderatis, ex jure & facto, argumentis nexus intercedentis, arbitrio judicis definienda venit. *a. l. 1.* §. *f. ff. d. jur. delib. l. 32. ff. d. uſur.* CARPZ. *P. 1. C. El. 7. d. 12.* BERL. *P. 1. Concl. 22. n. 8.* conf. BRUNNEM. *ad l. 10. C. d. judic. n. 5. ſeq.* MENOCH. *de Arb. Jud. Quæſt. l. 2. caſ. 95. n. 4. ſeqq.*

Simul tractari nequit licet 1) *ſeparato libello* 2) *apud diverſum judicem.*

Atque tales cauſæ connexæ ne quidem ſeparato libello & Proceſſu, una cum conventione, tractari poſſunt. *O. P. S. T. VI.* §. *1.* ſive coram eodem ſive alio Judice, ad evitandam litium difficultatem & confuſionem. *a. l. 24. ff. ad municip. j.* LR. *l. 3. art. 12.* ZIEGL. *ad O. P. S. h. T. verb.* ſtille ſtehen. CARPZ. *l. 2. Reſp. 40. id. P. 1. C. El. 7. d. 9.* MOLLER. *ad d. C. n. 4.*

Jur. Sax. Reconventio non niſi Conventione prorſus finita obtinet.

VI. Inde fluit *Regula Juris Saxonici, quod Actor Reconventioni reſpondere non teneatur, niſi reus ab Actoris conventione actuali & totali ſolutione, liquida compenſatione aut alia ſatisfactione, ſe prorſus liberaverit. O. P. S. T. VI.* §. wie es. *I in fin.* LR. *l. 3. art. 12.* itaque frequenter adverſus re-

*adeoque* ad Reconventionem reſponſio ſu-

reconventionem urgetur Exceptio nondum finitæ Conventionis, cui locus eſt, quamvis (1) in cauſa Conventionis lata ſententia in rem judicatam tranſierit: tum enim lis deciſa. *a. l. 55. ff. d. re jud.* ſed nondum finita eſt. *a. c. 9. X. d. offic. jud. deleg. l. f. C. d. exec. rei jud O. P. S. T. I. §. 1.* Carpz. *P. 1. C. El. 7. d. 16.* Moller. *ad d. C. n. 10.* Coler. *Dec. 275. n. 8.* Mod. Pist. *P. 3. q. 114. n. 3. ibique* Jacob. Schult. *n. 7. ſeq.* diſſ. Berl. *P. 1. Concl. 22. n. 55* (2) ſummæ in Sententiam deductæ fiat judicialis depoſitio, ea intentione, ne actori cedat: talis enim depoſitio vim ſolutionis non habet. *a. l. 19. C. d. uſur. l. 9. C. d. ſolut. l. 9. §. 3. ff. d. pign. act. O. P. S. h. t. §. I.* Mod. Pist. *d. l. n. 4.* Carpz. *l. 2. Reſponſ. 43.* Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 783. n. 393.* Berl. *P. 2. Concl. 22. n. 159.* nec ſufficit debitum principale ſolviſſe, quando intereſſe, fructus, expenſæ, cum talia Sententiæ condemnatoriæ ſunt inſerta, præſtanda ſuperſunt. *a. l. 41. §. 1. ff. d. uſur. l. 3. l. 4. C. d. fruct. & lit. exp.* Carpz. *l. 2. Reſponſ. 42. n. 14.* Ant. Fab. *in C. l. 4. t. 12. d. 10. n. 3.*

ſpenditur per Exceptionem nondum finitæ conventionis, etiamſi (1) *Sententia latæ ſed nondum executioni mandata ſit.*

(2) *depoſitio judicialis fiat ad ſolutionem evitandam.*

(3) *debitum principale præſtetur ſed non illius acceſſio.*

VII. *Quod ſi* autem *Actor, qui conventionem inſtituit ſolutionemque expetit, Peregrinus ſit, aut alias non poſſeſſionatus, & reus eundem reconvenire cupiat, illiusque propoſiti probabiles cauſas, calumniæ ſuſpicionem removentes, indicare poſſit, depoſitio judicati locum invenit, donec reconveniendus cautionem de ſolvendo, in caſum ſuccumbentiæ, præſtiterit, modò deponens Libellum Reconventionis re ipſa offerat, nec eâ ſupervacuæ litis protractioni ſtudeat. O. P. S. T. VI.* §. Es wäre. *II.* Carpz. *d. l.* Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 783. n. 393.* Atque Depoſitum hoc Judiciale Arreſtum proprie ſic dictum non eſt, unde nullam renovationem ſimilemve ſolennitatem expoſcit. Carpz. *Proc. t. 21. art. 4. n. 54. ſeq. illique, qui reconventionem intendit, præfigi poteſt Terminus.* e. g. Saxonicus,

Ab Actore Peregrino aut non poſſeſſionato reus, *qui molitur reconventionem,* cautionem exigere poteſt, *ob probabilitatem conventionis deficientemque calumniæ ſuſpicionem ad evitandum Judic. depoſitum*

*quod non eſt Arreſtum propr.*

*ubi poteſt Reconvent. præfigi Terminus*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-256843-p0039-4

Saxonicus, vel proximus Judicii Aulici aut Curiæ Provincialis, intra quem Reconventionem moveat, & *quo elapſo non amplius audiatur, ſed potius cautio caſſetur. O. P. S. T. VI.* §. *III. in f.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 786.* Dn. RIV. *ad h. t. Enunc. 17.* Iſta Cautio non eſt eadem cum Satisdatione pro Reconventione & expenſis, quandoquidem hæc Actorem ad Reconventionem ſubeundam obligat & *O. P. S. T. 13.* §. wie hoch. arbitrio quidem Judicis ſubjicitur, attamen quantitatem 30. vel 50. aur. raro, teſte obſervantia, excedit, *illa* autem reo injungitur, ſecuritatem præſtationis, per reconventionem extorquendæ, reſpicit. *O. P. S. T. VI.* §. *II. III.* conf. CARPZ. *Proc. t. 9. art. 5. n. 8. ſeq.* & rationem habet circumſtantiarum cauſæ reconventionis nec non ſummæ, vi conventionis, actori ſolvendæ, arbitrioque judicis determinatur. *O. P. S. T. VI.* §. *III. verb.* wie hoch. ac proinde, ob probabilem reconventionis juſtitiam, nonnunquam quantitati in libello reconventionis petitæ exæquatur. ZIEGL. *ad O. P. S. h. t. verb.* und der Verholffenen *Summen. j.* MOD. PIST. *Part. 3. q. 114. n. 6.* BERL. *P. 1. Concl. 22. n. 60.* CARPZ. *P. 1. C. El. 7. d. 19.* Itaque, cum Satisdatio pro reconventione & expenſis præſtita eſt, inæqualitas e. g. 30. aur. & Summæ 2000. th. per reconventionem poſtulatæ efficiet, ut, absque cautitione huic quantitati & circumſtantiis reſpondente, Actori ſolutio non fiat, verum ad depoſitum, donec ſatis cautum fuerit in caſum ſuccumbentiæ, perveniatur. COLER. *d. Proc. Execut. Part. 3. c. 1. n. 65.* CARPZ. *Proc. t. 9. art. 5. n. 8. ſeq.* idemque obtinebit, ſi ex Inſtrumento guarentigiato executivè actum fuerit, & debitum actori peregrino, aut immobilia non poſſidenti, perſolvendum ſit: is enim quoque, imminentis reconventionis intuitu,

*ſub metu caſſandæ cautionis.*

Hæc cautio diverſa eſt ab ea, quæ præſtatur ab Actore pro Reconv. & expens.

*illius quantitatem egredi ſolet*

*etiam cum præſtita eſt iſta ſatisdatio, exigi poteſt.*

*nec non cum ex inſtrum. guar. executivè actum eſt.*

ſive ſint à Tutoribus ſive Curatoribus ſive aliis adminiſtratoribus dati, conditionem conſtituentium per Tutoria, Curatoria, Syndicatus Inſtrumenta &c. docere tenentur, niſi forte notoria ſit ea qualitas, veluti Tutoribus, Curatoribus, &c. coram eodem judicio confirmatis, ubi regiſtratura eo nomine facta, vel provocatio ad librum Tutoriorum, &c. ſufficit. LANGIUS *Iſagog. ad Proc. c. 18. num. 26.*

V. Præter Nomen Mandantis in Mandato exigitur (II) Nomen & cognomen Mandatarii. *a. l. 2. ff. d. Proc. R. J. d. A. 1512.* Ordn. der *Not. t.* von Anwald-Satz. §. 1. Dantur autem vel unus vel plures; plures Procuratores cum ſunt conſtituti, conjunctim & ſeparatim, ſamt und ſonders / in ſolidum cauſam tractandi facultatem habent. *c. 6. d. procur. in 6.* SCHILT. *ad π. Ex. 10. th. 49.* quemadmodum pron. *F. J. L.* Menſ. Maj. A. 1700. expedit autem addi, quod non melior debeat fieri occupantis conditio, ut ab uno cœptum alter conſummare queat. *d. c. 6. R. J. d. A. 1512.* Ordn. der *Not. t.* von Anwald-Satzung. *§. 1.* Quoties conjunctim pluribus cauſa eſt demandata Procuratoribus, neque conſtat, eos eſſe in ſolidum datos, unus absque altero non eſt admittendus. *d. c. 6.* Dn. STRYCK. *Uſ. Mod. π. t. d. Procur. §. 26.* ZIEGL. *ad Jus Can. l. 3. t. 2. §. 6. verb. et.* idem *Introd. ad Proc. For. Sax. c. 5. §. 9. ubi præj.* MASCARD. *de Probat. concl. 1315. n. 3.* at cum in ſolidum ſunt dati, vel iſtis vel æquipollentibus verbis, ſinguli cauſam in ſolidum agere queunt, ſed occupantis melior eſt conditio. *l. 32. ff. d. procur. c. 6. d. Proc. in 6.* MYNS. *cent. 1. Obſ. 47.* ZIEGL. *ad Inſt. Lancell. l. 3. t. 2. §. 6. verb. ſi.* Syndicos verò plures ab Univerſitate in ſolidum conſtitutos præſumi. *a. l. 11. l. 13. ff. ad municip. l. 24. §. 1. ff. d.*

*Requiritur in Mandato* II. Nomen & Cognomen Mandatarii

Plures Procur. conſtituti *vel* ſamt und ſonders *& ſinguli in ſolidum cauſ. tractant.*

*vel conjunctim tantum, & unus ſine altero negotium peragere nequit.*

*vel in ſolidum, & occupantis melior eſt conditio.*

*Q. Syndic. an conſtituti præſumantur in ſolidum.*

*admin. tut. l. 2. §. 2. ff. d. curat. bon. dand.* defendit CARPZ. *Dec. 26.* MASCARD. *d. Probat. Concl. 1315. n. 1. ſeq.* LOSSÆ. *de Jure univerſ. Part. 1. c. 3. n. 118.* ZIEGL. *ad Inſtit. Lancell. l. 3. t. 2. §. 6. verb. et.* LAUTERB. *d. Synd. th. 55.* LANG. *Iſagog. ad Proc. c. 15. n. 20.* Conſ. Dn. RIVIN. *ad h. t. Enunc. 39.* conf. Dn. STRYCK. *Uſ. Mod. π. t. quod cuj. Univerſ. §. 12.* in qua quæſtione non uno modo pronunciatum eſſe memini; unde apparet, in dubio circa obſervantiam, expedire, ut Syndicatus Inſtrumento, cum plures conſtituti ſunt Syndici, formula, ſamt und ſonders/ addatur. III. Nomen Adverſarii Mandato inſeri convenit, ut appareat, cum quo contendendum ſit, atque tum, ſi plures ſint litis conſortes, atque ad unum reſtricta ſit Mandati vel Chartæ Blancæ, des Blanquers, poſtea extenſæ, ſubſcriptio, Mandatarius contra reliquos etiam Legitimationem exhibere jubetur; itaque Syndico, ſich mit einen wider den Intervenienten eingerichtetem Syndicat zu legitimiren/ injunctum in *F. J. L.* Menſ. Mart. 1705. IV. Nomen Judicis, coram quo cauſa tractanda, exprimi par eſt. *a. c. 10. X. d. Procur.* & quidem collectivum atque officii uſurpari conſvevit. v. g. an dem Käyſerlichen Cammer-Gerichte zu Speyer. BLUM. *Concept. Ord. Cam. Part. 3. t. 14. in f.* vor dem Ober-Hof-Gerichte/ denen Stadt-Gerichten zu Leipzig/ in Commiſſionibus Commiſſarius nominari ſolet. RULAND. *d. Commiſſ. Part. 1. lib. 5. c. 8. n. 4.* atque, ob conſtituentis enixam generalemque mandandi voluntatem, expedit adjici, oder wo die Sache ſonſt hingedeyen möchte. (V) Mandandi intentio declaranda & indicanda eſt cauſa, quæ Procuratori mandatur, ubi quoque enumerari expedit actus judiciales potiſſimos, ſubſtrato negotio convenientes. NICOL. *Proc. Judic. c. 7. n. 17.* addique poteſt

*Requir. in Mand.* III. Nomen Adverſarii.

Exprimendum in Mandato IV. Nomen Judicis

*& quidem Officii.*

*ob intentionis generalitatem, apud quemcunque cauſa fuerit tractanda.*

*Requir. in Mand.* V. Mandandi intentio ut declaretur.

*& cauſa deſignetur.*

*cum actibus expediendis,*

poteſt clauſula generalis: Daß er alles übrige/ was der Sachen Beſchaffenheit erfodert/ meinetwegen libere verrichten ſolle und möge. *fac. l. 60. §. f. ff. mand.* MYNSING. *cent. 4. obſ. 99.* BLUM. *Proc. Cam. t. 67. §. 33.* CARPZ. *Proc. t. 5. art. 1. n. 83.* Quamvis autem Jus Canonicum in *c. 4. d. Proc. in 6.* Procuratori cum libera quandam quoque actus, ſpeciale mandatum requirentes, expediendi licentiam tribuat, non tamen id uſum fori apud nos recepiſſe *Diſp. IV. ad O. P. S. T. 3. §. 8.* monitum eſt. Interim facile patet, ex intentione mandantis, Procuratorum, ad unum aut certos ſaltem actus datorum, poteſtatem interpretationem capere. *l. 3. ff. d. Procur. l. 4. C. Mand. l. 2. §. 1. C. d. his, qui ven. æt. imp. j. l. 19. ff. d. R. C.* quæ laxior eſt in mandatis ad cauſam univerſam conceſſis. *Ord. Cam. P. 3. t. 14.* HILLIG. *ad Donell. l. 18. c. 12. lit. ee.*

*cui ſæpe accedit clauſula generalis.*

*at ea ne quidem Procuratoribus cum libera apud nos facult. exped. actus ſpec. mand. requirentes tribuit.*

*interpretationem tamen ex mandato generali vel ad unum &c. actum reſtricto capit.*

VI. Exprimenda eſt etiam VI. Clauſula rati: ich verſpreche alles/ was meine con- und ſub-ſtituirte gehandelt/ vor genehm zu halten/ in Mandatis, juxta frequentem fori obſervantiam, quò geſta tanto certius approbare teneantur principales. *a. l. 65. ff. l. 10. C. d. Procur. R. J. d. A. 1512. t.* von Anwalden-Satzung. *§. 1.* atque ſic pron. quoad Sax. uſum, *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. Febr. 1704. MYNS. *cent. 4. Obſ. 99.* RULAND. *d. Commiſſ. Part. 1. l. 5. c. 8. n. 6.* BLUM. *Proc. Cam. t. 67. §. 35.* CARPZ. *Proc. t. 5. art. 1. num. 79. ſeq.* BERL. *P. 1. Concl. 14. n. 71.* BRUNNEM. *Proc. Civ. c. 1. n. 75.* at Juri Civili hoc neutiquam convenire exiſtimamus, cum mandans, ex natura mandati, geſta mandatarii ratihabere debeat. *a. l. 6. ff. d. cond. indeb.* conſ. RAUCHB. *Part. 1. q. 2. n. 13. ubi præj. & ſeq.* BACCHOV. *ad Treutl. V. 1. Diſp. 9. th. 8. lit. a.* Diſſ. NICOL. *Proc. Part. 1. c. 7. n. 28.* In cauſa Univerſitatis, ad declinandam ſatisdationem pro re-

*Exig. in Mand. VI.* Clauſula rati, *vi obſervantia.*

*non Jure Civili*

*Syndicus agentis Univerſitatis producere debet Inſtrumentum re-*

 con-

*nunc. Exc. Diviſ. & Excuſſionis continens.*

conventione & expenſis, neceſſe eſt, ut in Inſtrumento Syndici, qui ratione Actoris conſtituitur, ſit renunciatum Exceptioni Diviſionis & Excuſſionis, quò ſecurus ſit reus intuitu reconventionis & expenſarum: alias enim Actoris principales ſinguli reconventi, vel petitis expenſis, obligationem dividi, aut excuti res Univerſitatis, deſiderabunt, in Syndico, ex parte Rei adhibito, eadem renunciatio haud requiritur, quia executio Sententiæ facienda eſt in bona Univerſitatis, non ſingulorum. *l. 4. §. 2. ff. d. re jud. l. 1. §. 2. ff. quod. cuj. univerſ. nom.* LOSSÆ. *d. reb. Univerſ. Part. 3. c. 9. n. 9.* Syndico Actoris igitur Legitimatio per Inſtrumentum, cui memorata renunciatio insereretur, injuncta *in S. C. P. L.* Term. Luc. A. 1702. & in *Fac. Jur. Lipſ.* Menſ. Mart. A. 1700. Conſ. CARPZ. *P. 1. C. El. 5. d. 29.* BERL. *P. 1. Concl. 20. n. 37.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 207. n. 126.* Præterea in Mandato determinare ſolent VII. Locum & Tempus, videlicet Annum, Menſem & diem. CARPZ. *Proc. t. 5. art. 1. n. 108.* NICOL. *ad Proc. Part. 1. c. 7. n. 30.* ut de tempore conſtituti Procuratoris appareat, utrum eo jus dandi Procuratorem habuerit principalis nec ne. *a. c. 7. X. d. probat.* productisque pluribus mandatis, quodnam ſit poſterius, liqueat, nam per hoc prius eſſe revocatum cenſetur. *c. 14. X. d. Procurat. l. 31. §. f. ff. eod.* GONZALEZ TELLEZ. *ad c. 14. X. d. Proc. n. 3.* ceu pron. *F. J. L.* Menſ. Dec. 1704. Nihilominus Jus Civile temporis hanc deſignationem haud expoſcit. *a. l. 34. §. 1. ff. d. Pignor.* ſed judiciorum imprimis obſervantia eam non negligit, quam merito Procuratorem conſtituens ſequitur. *a. l. 24. ff. ad municip.* Dn. STRYCK. *Uſ. Mod. π. t. d. Proc. §. 35.* Verùm, quia temporis iſta determinatio requiſitum ad formam neceſſarium non eſt. *a. d. l. 34. §. 1. ff. d.*

*Requir. in Mand.* VII. expreſſio loci & temporis.

*Si obſervantia haud negligenda.*

*interim prætermiſſio loci & temporis, quando de his non contenditur,*

*ff. d. pign.* LANG. *Iſagog. ad Proc. c. 15. n. 29.* cum de tempore haud diſceptaretur, hunc, qui urgebatur, defectum non detrahere vim mandato viſum in *S. C. P. L.* Menſ. Oct. A. 1698. item, loci nec non temporis mentione prætermiſſa, *Term. Rem.* A. 1701.

*mandato virtutem haud detrahit.*

VII. Denique *Mandati* item Actorii *requiſitis accenſetur VIII. Mandantis ſubſignatio & ſubſcriptio. O. P. S. T. VII. §. III. verb.* nicht allein geſiegelt / ſondern auch unterſchrieben werden. Quamvis enim ſubſignatum dicatur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. *l. 39. ff. d. V. S.* & ex ſubſignatione præſumatur conſenſus. *c. 5. X. d. probat. l. 20. §. 1. ff. d. teſt. milit. l. 2. C. d. reb. al. non al.* MEV. *P. 2. Dec. 60.* MENOCH. *d. Præſ. l. 2. præſ. 57. n. 37.* utrumque tamen exigitur. *d. §. III.* CARPZ. *Dec. 27. n. 4. ſeq. j.* RULAND. *d. Commiſſ. Part. 1. l. 5. c. 8. n. 7.* BERL. *dec. 54.* idque, ſi prætermiſſum ſit, per ſententiam injungitur, ceu factum *in S. C. P. L.* Term. Luc. A. 1693. verb. Daß Kl. vor allen Dingen ſich ander geſtalt / und vermittelſt eines von ſeiner Principalin beſiegelten Actorii, zu legitimiren ſchuldig. Ubi ſigillum inſignia continens adhiberi convenit. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 220.* adeoque rejici videas complectens einen gezogenen Nahmen / quemadmodum pron. *S. C. P. L.* Term. Rem. 1705. ſed iſte defectus facile purgatur per Actorium Mandatumve novum cum additamento, in Ermanglung meines ſ. eines Pitſchaffts / quæ verba idem, quod ſigillum, non valent, ſi in extenſo chartæ blancæ ſcripta ſint, uti evicit Sententia *S. C. P. L. Term. Cruc.* A. 1694. & ſæpius, imò apponere etiam licet Sigillum alienum, adhibita declaratione, weil ich kein Siegel habe/hat N. ſein Siegel auffgedruckt. *a. l. 22. §. 2. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Dn. SWEND. *c. l. p. 221.* CARPZ. *dec. 27. n. 7.*

*Requir. in Mand.* VIII. ſubſignatio & ſubſcriptio.

*Sigillum inſignia continens præcipue exigitur,*

*quomodo defectus illius ſuppleatur.*

NICOL. *ad Proc. P. 1. c. 7. n. 34.* nec non in cauſa mercatoria, im Handels-Gerichte/ impreſſum mercaturæ ſigillum una cum ſubſcriptione, Cornelii Peters Söhne/ ſufficere placuit *S. C. P. L.* Term. Cruc. 1704. Subſcriptio regulariter neceſſaria eſt. *d. §. III.* integris, non initialibus tantum, literis facienda. Dn. RIVIN. *ad O. P. S. h. t. Enunc. 22.* in Mandatis tamen Regum, Principum, Epiſcoporum & Syndicatibus Civitatum, &c. Cancellarii, Secretarii, Conſulis, aut ſimilis perſonæ, ſubſcriptionem ſufficere, pariter ſubſcriptione deſtituta Mandata, item Syndicatus Inſtrumenta ferri, ob ſigilli publici, etiam Notarii, fidem & circumſtantias, apud nos conſtat. *a. c. 2. X. d. fid. Inſtrum.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 222. n. 133.* NICOL. *Proc. P. 1. c. 7. n. 32.* MOLLER. *ſemeſtr. l. 4. c. 37. n. 4. in f.* BERL. *P. 1. Concl. 14. n. 83. ſeq. j.* RULAND. *de Commiſſ. Part. 1. l. 5. c. 8. n. 7.* GUID. PAPA. *Dec. 175.* interim Privatorum Mandatis adjecta ſubſcriptio, mit geführter Hand/ neutiquam pro legitima agnoſcitur. *a. l. 21. l. 28. §. 1. C. d. teſtam. R. J. d. A. 1512. t.* von *Teſtament*en. *§. 7. j. l. 8. §. 17. ff. d. tranſact.* atque ſic pron. *S. C. P. L.* Term. Rem. A. 1705. conf. HILLIG. *ad Donell. l. 18. c. 12. l. ee.* Formulæ Mandati, quibus etiam clauſulæ ſalutares inſertæ ſunt, vid. BLUM. *Concept. ord. Cam. Part. 3. tit. 14. in f.* it. *Proc. Cam. t. 67. n. 33. ſeq.* NICOL. *Proc. Part. 1. t. 7. n. 34.* LANG. *Iſagog. ad Proc. c. 15. n. 38.* Charta blanca, ein Blanquet, nondum extenſa virtute mandati haud pollet, verum, ſi illius ſubſcriptio. e. g. zum Verfahren auff einen gewiſſen Termin, ſit reſtricta, extenſio à mandatario ultra intentionem mandantis facta non valet. *a. l. 19. ff. d. R. C. l. 15. C. d. admin. tut.* CARPZ. *Dec. 237.* viciſſim, qui chartam blancam generaliter ſubſcripſit, fruſtra conqueritur poſtea

*Supſcriptio neceſſaria eſt*

*non tamen in Mandatis Regum, Princ.*

*In Mand. non ſufficit ſubſcriptio* mit geführter Hand.

Charta Blanca *haud extenſa mandati vim non habet.*

*tam ſubſcriptio ſpecialis reſtringit.*

*generalis non item.*

ea eandem ad tranſactionem extenſam eſſe, cum imputare ſibi debeat, quod reſtricta ſubſcriptione ſibi haud proſpexerit. *a. l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv. l. 6. §. 1. ff. d. edend.* CARPZ. *d. l. n. 9. ſeq.* ita pron. *S. C. P. L.* Term. Trin. A. 1704. Literæ autem Principalis vice mandati non ſunt, niſi ejusdem requiſita complectantur. *a. l. 8. §. 17. ff. d. transact. j. l. 60. §. f. ff. mand.* LANG. *Iſagog. ad Proc. c. 15. n. 38.* CARPZ. *l. 3. Reſp. 8. n. 3. ſeq.* periculum tamen in mora mercaturæque favor effecit, ut, ad impoſitionem areſti ejusque primam renovationem, epiſtolam, qua nominis exactio mandata eſt, ſufficere voluerit El. Sax. *in Reſcr. d. d. 26. Sept. 1682. Ord. Camb. præmiſſo. conf. id. l. 4. Reſp. 36.*

*Literæ virtute mandati non pollent, niſi illius requiſita contineant.*

*excepta Arreſti impoſit. & renovat. juxta Reſcr. El.*

VIII. Excuſſis Mandati requiſitis ad Regulam pergimus in *O. P. S. T. VII.* §. Es ſoll. *I.* traditam, qua *nemini permittitur alterius nomine cauſam in judicio tractare, niſi mandato legitimo inſtructus ſit, etiamſi Cautionem offerat Principalem geſta ratihabiturum eſſe. d. §. I.* nam ea mandati deficientis loco non eſt. *Leg. 1. C. d. Procur.* BRUNN. *ad d. l. 1. n. 1.* licet pro reo quis, tanquam defenſor, comparere velit. *a. d. §. I.* BERL. *P. 1. Concl. 14. n. 21. ſeq.* conf. ZANG. *de Except. Part. 2. c. 9. n. 16. adeo ut (1) ſi Advocatus absque mandato Poſitiones ad Acta referat, eædem, parte etiam nihil monente, ex officio rejici queant. d. §. I. j. Ord. Cam. Part. 1. t. 52. §. 1.* PHILIP. *ad h. t. conſid. 1.* nam exceptio illegitimationis magni eſt præjudicii, &, ob nullitatem, quam parit, quovis tempore attendenda. *Leg. 24. C. d. procurat.* GAIL. *l. 1. Obſ. 47. n. 2.* SALICET. *ad d. l. 24. n. 1.* ANT. FAB. *in C. l. 8. t. 23. d. 40.* imo Legitimationem, antequam citationem emittat, ſibi exhiberi, Secretarius, Protonotarius aut Actuarius jure poſtulat, juxta *Reſ. Gr.*

Jur. Sax. El. ſine Mandato non licet pro alio comparere in jud. quamvis *caveatur de rato*

*reum quis defendere velit.*

alias 1) *poſitiones ab actis removentur etiam ex officio.*

*poteſt enim exc. illegit. ſemper urgeri.*

*d. A.*

